causam predictā ptermittimus In sequenti vero tpe multiplicandi sunt psalmi sicut ꝛ boni mores qui ppsalmos intelliguntur per quos ad glām puenitur. quā p totum tempus istud figuramus. In quibusdā tamen ecclesijs non dicunt nisi tres psalmos vsqꝫ ad pentecosten. et hoc ex institutione alicuius. put dicetur sub dom̄ica de trinitate. Sed hoc nō bene fit hodie. ꝓmo quia causa quare illō institutū fuit hodie cessat. Secundo quia cōtra canonē gregorij faciunt. ꝓout dictū est in q̄nta pte sub titulo ō nocturnis. Tertio quia inter canonicos regulares ꝛ alios clericos qui vsurpato noie seculares dicunt. nulla debet esse quo ad ℔ differentia. nā et ipi magna ex parte antiq̄tus regulares fuerunt. Et certū est q̄ canonici regulares in octaua resurrectiōis dicūt in nocturnis nouē lectiones cum nouez rēsponsorijs. et etiā ecclesia romana Qui enī dicunt q̄ omnia facilia debent esse eo tēpore. ꝓpter neophicos illā facilitatē nimis extendunt. Nā due tantū sūt hebdomade neophicoꝝ scꝫ in pasca ꝛ pentecosten. et preterea cōcludit eos in ascensione vbi sunt nouē respōsoria ꝛ nouē psalmi cū suis antiphonis. Nulla enī est sufficiens ratio quare i sequenti die post ascensionē dicamus tantū tres psalmos cum vna antiphona. De hoc etiā dictū est in titulo p̄cedenti Nempe ꝑm romanū ordinē in omib⁹ dominicis nouē lectiones dicūtur. licet magunutinū ꝑciliuz a pasca vsqꝫ ad pentecosten tres tantuz instituerit esse legendas. vt seruitiū matutinū in die cantet. q̄n futuro trinitas cōprehendetur. et a sanctis in luce dño seruiet Ad ꝓmā aūt dicunt quidā p totaꝫ hebdomadam totū psalmū. Cōfitemini ꝛc. In q̄ precipue de christi resurrectione agit. Alij vo solum vsum. hec dies ꝛc. quē in ꝓma ꝛ in alijs horis p capitulo dicūt. q̄ vitam illā figuramus in q̄ doctrina nulla necessaria erit. sed omēs docti gratulabimur ꝛ exultabimus. Psalmus vo. Quicunqz vult ꝛc. toto isto tpe nō dicit. quoniā ad fidē ptinet. hoc enim tps significat octauā etatē. vbi nō erit fides que evacuabitur. sed res que cōprehendet. non erit figura sed veritas. In quibusdam tamen ecclesijs aliter obseruat. quia vbi fides non est superedificari nō potest. Minus etiam symbolū scꝫ Credo in deū. ob eandē causam subticet ad ꝓmā. Nā cuz venerit q̄ ꝓfectū est euacuabit q̄ ex pte est Unde in cōdensis. id est. in condensitatibus populi vsqꝫ ad cornu altaris. id est. ad cōmunionem. Non dicit etiā capitulū neqꝫ ꝑces vt dictū est in titulo precedenti Vespertinum officium est hui⁹ festiuitatis claritate illustratū. non enī per deus in adiutorium meum intēde. quoniā in illa vita non sicut hic adiutorio indigebim⁹. sed p Kyri heleyson incboatur. quia vespertina hora sabbati paschalis baptisma fuit per Kyri heleyson incboatum et in trinitatis nomine celebratum. et propterea in eadem hora ꝛ in eisdem verbis per totam hanc hebdomadaꝫ in festiue regenerationis iocunditatez sancta trinitas adoratur. Vel per Kyri heleyson incipitur. vt quasi non existens per se officium misse officio continuetur. Nam vt in titulo precedenti diximus hec dies vesperam non habet. quia decluuum eternitas ñ agnouit. Tres psalmos sub vno alleluia. id est gaudio cantantur in quibusdam ecclesijs. quia per fidem trinitatis ad vnuz eternitatis gaudium peruenitur. Vel bi tres psalmi resurrectioni que tertia die facta est conueniunt iesu. Pro capitulo sequit. hec dies. sicut in alijs horis. quia ibi non erit necessaria doctrina. sed exultatio. Vel vt notetur solicitudo baptizatoruz adhuc peregrinantium ꝛ laborantium. quia nonduz bñt gaudium nisi spei. quo peruenitur ad alleluia rei Proinde pro hymno sequitur alleluia. quod est ppriusillorū ciuiū hymnus

Sane descendim⁹ processionaliter ad fontes cum cereo p totā hebdomadā cantātes canticum exultationis. et popul⁹ sequit scꝫ viri p se. et mulieres p se. qō fit in memoriaz eius qō hebrei pharaone ꝛ suis in mari rubro submersis fecerūt. q̄ in grāz actiōes de submersiōe hostiū p totā hebdomadā rediēbāt ad mare. viri p se. ꝛ mlieres p se cātātes illud canticū moysi. Cantem⁹ dño. Siqui

dem hostes nostri sunt demones. mare rubrum est baptismus. in quo submergũtur omnes hostes. i. vicia ⁊ peccata et demões Et inde etiã est q̃ neophici baptizati ĩ sabbato sancto precedente suo lumine scz christo redeũt ad fontẽ baptismi bis septez diebus grãs agẽtes. quia inimici eoz submersi sũt scz vicia ⁊ pctã. ⁊ tunc circa fontes cantantur psalmi. Laudate pueri scz nouit baptizati. ⁊ in exitu israel de egypto. quia p baptismum de tenebris peccati eximus Duo ergo psalmi circa fontes cantantur. q̃ per geminã dilectionẽ ad fontẽ vite ptingũt. q̃ baptizatis ⁊ baptismo cõuenũt. Baptizatis. vt laudate pueri. ⁊ est ãmonitio laudis ad neophicos. q̃ facti sunt pueri. id est. a vicijs puri. p q̃bus mater eccl̃ia iubilat ad fõtes in laudẽ eius gratie p quã meruit eẽ q̃d in cantico amoris audiuit. fons ortorum puteus aquaz viuentiũ. ¶Postea trãsit ad aliquod oratoriũ cũ psalmo In exitu israel qui cõuenit baptismo cũ dicitur Quid est tibi mare q̃d fugisti. et fit statio ad crucifixum ⁊ reddũt ei grates. quia ipe est q̃ baptizat. Unde in euangelio Sup quẽ videris spũm sanctũ descendentẽ ẽ. hic est q̃ baptizat. Et salutat quia p crucẽ ⁊ in cruce nacti sumus animaz nostraruz redemptionem

¶Rursus p hos septẽ dies baptismales. neophici quotidie ad eccl̃iam ducunt. Sicut enĩ filij israel licet transisset mare rubrũ in quo baptizati sunt. nõ tamẽ puenerunt ad terrã p̃missionis. nisi sub ducibus dominо illos pascente ex manna. ⁊ colũba ignis eos precedente. sic ⁊ ipi bis septem diebus sub ducibus. id est. presbyteris patrinis et matrinis ducunt ad eccl̃iam. et pascuntur corpe dñi. et cerei p̃cedũt eos. et sic tãdẽ ĩ sabbato quasi puenũt ad terrã p̃missiois. Cereos aũt q̃s ĩ sabbato sancto dũ baptizarentur habuerũt. p hanc hebdomadã in q̃busdã locis ad missas ⁊ ad vesperas accendũt ⁊ in sabbato in albis vel in sequẽti dominica illos accensos offerũt sacerdoti. Siquidem luminaria accensa. bona opa sunt. q̃bus toto tempe pñtis vite que p septenarium ducitur lucere debẽt. Offeruntur sacerdoti. quia post hanc vitã ad summuz sacerdotem. id est. ad christũ cũ luminarib⁹ bonorum operũ veniũt. iuxta illud. Veniẽtes autẽ venient cũ ex. por. ma. su. ¶Sõt etiaz dici q̃ p̃cessionel vespertinales hui⁹ hebdomade. reuersionẽ significant de captiuitate babylonie. Hec est enĩ hebdomada reuertẽtium qui in fine sue captiuitatis reuertuntur ad deũ. Et vespere trina statiõe cõplentur. sicut ⁊ baptismus in trinitatis nomine celebratur. Qui vo fontes non habẽt nõ exeant. sed q̃nq; psalmos ꝓtinue dicãt. ⁊ post collectã diei. de cruce collectam adiungant Eedem vespere quotidie repetũtur. quia p vna ⁊ eadez die tota hec hebdomada reputatur. In quibusdã etiã eccl̃isis in bis septem diebus quãdo descenditur ad fontes antefert quidã serpens imaginarius super virgam. et candela nouo lumĩe accensa super caput serpentis retorta affigit. ex qua cereus paschalis. et omnes alie candele eccl̃ie accendunt Circa q̃d sciendũ est. q̃ sicut legitur numeri. xxi. c. moyses i deserto erexit super palũ serpentẽ eneũ. vt qui p̃cussi erãt a serpentibus per illius sanarent aspectum. In quo christi passio p̃figurata fuit. Uñ et dñs ait in euangelio iohãnis. Sicut moyses exaltauit serpentẽ in deserto. ita et exaltari oportet filium hominis. Ideo ergo serpens imaginari⁹ fert ⁊ aspicit. vt christi passio memoretur. et p hoc a vulnerib⁹ peccatorum sanemur. Nã serpens in palo ẽ christus in patibulo. Ideo in benedictione baptismi. et cum ad fontes descendit. quia baptismus a christi passione virtutẽ accepit ĩ quo etiã a peccatis sanamur ⁊ mũdamur. Fit hoc ĩ vesperis q̃niã ipe christ⁹ fuit sacrificium vespertinũ. Uñ ps. Eleuatio manuum mearũ sacrificiũ vespertinũ. Ignis nouus ex silice excussus est christ⁹ passus. qui est lumen de lumine. ex quo cetere candele in ecclesia illuminant. q̃ ipe illumiat oẽm hoiem venientẽ in hunc mundũ. Cãdela in capite ꝑpẽtis retorta est spinea corona ĩ capite christi posita In cõpletorio vo ĩ q̃busdã locis p̃mittit psalm⁹ Qui habitat. sicut in prima psalmus. Quicũq; In his au-

tem sex diebꝰ dicitur ad missam rñsoꝛium et alleluia.prout infra dicetur.Et dicit̃ pri/ mo rñsoꝛiuz ꝛ post sequit̃ alleluia.ꝛ hoc tri/ plici de causa.Primo quia enī in laboꝛibꝰ vite pñtis exultandū est iuxta illud.bilarez datoꝛē diligit deus.ideo nunc post gradua le ꝛ vsum cōueniēter sequitur alleluia.qđ ē voꝛ leticie.Secūdo rñsoꝛiū actiuā.alīa vo cōtemplatiuā vitā significat.Rñsoꝛiuz enī significat actionē.quā sancti exercebūt ī re/ surrectione coꝛpoꝛ.que erit in omni leticia prout verba rñsoꝛioꝛ huiꝰ tpis declarant. que omnia siue versus eoꝝ excepto eo qui cantat̃ in tertia feria.prout ibi dicet̃.sunt de psalmo centesimodecimoseptimo Confite mini dño.qui psalmus sonat confessionez laudis.ꝛ est de eterna leticia.Quia igit̃ om nis illa laus cōfessionis siue actio ad gau/ dium et ꝺi glorificationē tendit.merito ab alleluia cōcludendū est.Et quoniā eadem actio nihil aliud est q̄z laus dei.iō ad ꝟ ostē dendū post hos sex dies cōtinue cant̃ sine responsoꝛijs alleluia.Tertio ideo in his sex diebus hoc fit.quia senariꝰ numerꝰ ad ope ra sicut septenariꝰ ad requiē refert.Qui eī vult peruenire ad requiē oportet eū ꝓmo to/ to tpe pñtis vite bene opari.Circa hoc sciē/ dum est q̄ ecclīa his diebꝰ sanctoꝝ actuz in coꝛpoꝛe cum fine leticie recolit.sic incipiēs actum vt pertingat ad quietem.primus di es mandat actum.septimus requiem ge/ stat.octauꝰ glorificat.Nempe rñsoꝛium il lam actionē significat quā sancti in resurre ctione coꝛpoꝛ exercebūt.aīe quippe sctoꝝ ante resurrectionē coꝛpoꝛū in q̄ete sunt.sed dum illā recipiēt in actiōe erūt.ꝛ tūc sic erit actio vt nō desinat q̄es.In q̄ete quidē erūt quia nō laboꝛabūt nec cogitationibus flu ctuabūt.nec erit etiā in quiete illa segnicies desidiosa.sed sic ab huiꝰ vite opibus ī fine quiescent.vt in alteriꝰ vite actiōe gaudeāt. Hec aūt actio ideo nobis p numerū senari um in memoriā reducit̃.q̄ sicut septenariꝰ numerus requiē ita senariꝰ opa rñsoꝛioꝝ ū significat.Per rñsoꝛia enī intelligimꝰ san/ ctoꝝ actiōes que erūt cū omni leticia vt iā dictum est Et nota q̄ ꝓdicti versus q̄ canū tur bis septē dieb⁹ cū rñsoꝛijs dicunt̃ eo oꝛ dine quo positi sunt in psalmo. Confitemi/ ni.vnde sumpti sunt.exceptis duobꝰ qui in quibusdā ecclīs ꝓpostere ponunt̃.Nam ī quinta feria dicūt versum. Benedictꝰ qui venit in nomine dñi ⁊c. q̄ ibi ponit̃ vltimo. Et in sexta feria vsum Lapidē quē reproba uerunt edificātes ⁊c.ꝛ Ideo.q̄ in illo plen us agit̃ de passione saluatoꝛis.q̄z in alijs vi/ sibus ibi positis.ꝛ ideo merito illa die cāta tur in qua passus fuit. Nec est omitten/ dum q̄ in quibusdā ecclīs in his septē die/ bus duo cū albis suppellicijs incipiunt rñ/ soꝛium.Hec dies.Et alijs quosdā tropos post altare.qđ repñtat sepulcrū ꝓ eo q̄ coꝛ/ pus iesu in eo sacramēt̃aliter collocat̃ ꝛ cō/ secratur.gerētes typū duoꝝ angeloꝝ q̄ stā/ tes ī sepulcro christū resurrexisse retulerūt Verba enī illa.Hec dies ⁊c. ad resurrectio/ nis diē ꝓtinere noscunt̃.Rursus cantādo post altare repñtant apostolos ꝛ mulieres timentes.ꝛ christū resurrexisse dicere publi ce formidātes.Fit aūt hoc ad laudes ad ter tiam ꝛ ad vesperas.Primo eo q̄ in his tri bus spēaliter bonis christi passio est expleta Nā mane captus ꝛ illusus.in tertia flagel/ latus ꝛ linguis crucifixus.in vesperis đ cru ce depositus ꝛ sepultus est.Secundo in si/ gnum q̄ resurrectio tribus vicibus nunci/ ata est.Primo ꝑm marcū ꝛ matheuz per vnum angelū quē ꝑm augustinū stabat in monumento non directe sed quasi ad osti um.Secundo per duos angelos q̄ ꝑm io/ hannem stabant intus.Tertio per ipm chri stum iuxta monumentū.Fit etiam hoc in quibusdam ecclesijs ad missam eo q̄ illa in altari celebrat̃ sup qđ christi coꝛpus conse/ cratur.Ideo aūt a pasca vsq̄z ad octauā pē tecostes canitur alleluia fere in omnib⁹ an tiphonis ꝛ respōsoꝛijs nocturnalibꝰ ꝛ ī of/ ferendis ꝛ post cōmunibus.vt celebratio tē poris post resurrectionem. reducat nobis ad memoriā vitā contemplatiuā.sicut tps quod est ante pasca reducit actiuā.Tēpus enim ante pasca quod in ieunijs ꝛ oratio/ nibus agimus significat erumnas bꝰ vite ꝛ tribulationē captiuitatis.in q̄ dū sumus

cantica leticie subticemus. Tempus vō p⁹ pasca significat beatitudinē et ꝑpetuā exultationem. in qua post resurrectionē erim⁹ 7 ideo relaxatis ieuniis canēdo alleluia q̄d interp̄tatur. laudate dominū. in dei laudibus frequentam⁹. de quo dictū est in ꝓhemio huius ptis. Illud tamē notandum est q̄ in q̄busdā ecclīs in hac hebdomada alleluia cantaī in missa sine finali melodia. et vsus 7 antiphone sine neuma. sed in sequētiis cantatur cū illa. et hoc ideo. quia i hac cantamus p dñō nostro q̄ in anima et corpore p resurrectione iā factus est gloriosus 7 illa finalis melodia expectationē nostraz significat. vel etiā sanctoz secūde stole expectationē. Tacem⁹ ergo quia habemus q̄d optamus. puuli nāqz ploraī cū panē nō habent. sed cū habēt q̄d desiderāt tacent. ita et nos quasi ploramus alio tpe. quia ñ habemus q̄d desideram⁹ et sancti quasi in desiderio sunt expectatiōis. In q̄busdā etiaz ecclesijs in magnis etiā solennitatib⁹ tacetur illa melodia in signū q̄ sancti p q̄b⁹ celebramus certi sunt q̄ secundā stolā quam expectant amittere nō p̄nt. Jubilus quidem diuersa notat vt dictū est sub natali. ꝑ ozo i istis octo dieb⁹ cantaī p memoria neophitoz. 7 singulis dieb⁹ singula denotata sūt officia. q̄d nō fit in toto tpe vsqz ad pēteosten. et in ꝓma die scz i sabbato sancto 7 i octaua duplices laudes ponūtur. In ꝓma ei dicīt alleluia. confitemini. et tractus. laudate dñm omnes gētes. in octaua vō ōr duplex alleluia. q̄d ideo fit quia ꝓma vita nostra q̄ fuit ante peccatū. beata fuit. sz nō sempiterna sed vita q̄ erit in septima ætis erit beata et sempiterna. Quia ergo ꝓma vita fuit beata. idcirco cāt aī ꝓmo alleluia. q̄d est vox angelica. in lingua hebraica q̄ dignioz est sed q̄ nō fuit sempiterna. iō būlioꝛi lingua latīa cantaī tract⁹ laudate. Quia vō vita q̄ erit in septima etate erit beata et sempiterna. iō in sabbato in albis q̄ est dies septimus duplex alla cāt aī ꝓpter duplicē stolā vt ibi dicetur. Illā vita illa que in septima ætis dabitur. nō tollet in octaua etate. q̄ p octauuz officium intelligīt. sed potiꝰ ꝓsummabitur

Circa cantica leticie notandū est q̄ quattuoꝛ sunt statꝰ ecclie. Primꝰ est culpe. secūdus culpe 7 pene. tertiꝰ pene 7 gratie. q̄rtus gratie 7 glorie. Primū repīntat ecclia in septua gesima. ideoqz subticet. te deuz laudamus 7 alla. quia nō est speciosa laus in ore peccatoꝛis. et gloria in excelsis deo. q̄ positus est inter deū et hoīes paries inimiciarum. Secundū repīntat in aduētu. ideoqz supradicta cātica subticent ꝓpter alleluia. q̄ lex data deum intelligere docuit et laudare. Tertiū repīntat in estiuo tpe. ideoqz ꝓpter grām acceptā in festiuis ista cantant. sed ꝓpter penā ista in ferialib⁹ subticent ꝓpter alleluia. q̄d etiā quotidie frequētaī. q̄ spes ō resurrectiōe futura nō infirmatur. Quartum repīntat inter octauas pasce et pēte. iō qz supradicta cantica leticie frequentant 7 multiplicant. q̄ tamē nondū habemus gloriam quā expectam⁹. ideoqz te deuz laudamus 7 glia in excelsis in ferialibus subticemus. et in dñicis in q̄bus quasi duplicez resurrectionē repīntamus. 7 etiā in festis sanctoz. in missa duo alla cantam⁹. sed in ferialibus vnū vt iā dicetur. Hec te moueat q̄ non rectum sed ꝓpostez ordinē ecclia repꝛesentat. eo q̄ erunt nouissimi primi et primi nouissimi. Sic ergo varietas dierum 7 statuū humanoꝛū. varietatē inducit officioꝛum Querendū tamen est q̄re diuina officia ita distinguūtur vt alia celebrent cū solo respons oꝛio. alia cū solo alleluia. 7 hoc q̄nqz cū simplici alleluia. q̄nqz cuz duplici alleluia. alia simul cū rīsorio et alla. et alia cū rīsorio 7 tractu. 7 alia cum alla 7 tractu Dici potest q̄ dies ieuniozq̄b⁹ rīsoꝛium sine alla caīt. recolūt actus eoꝛ q̄ ꝓsbyteris grauia cōfitētur. vt ab illis consiliū accipiāt penitendi. Ipsi ergo dies aguntur cuz solo rīsorio. per q̄d vita actiua intelligīt. q̄ in laboꝛe ducīt. sine alleluia quod est canticuz leticie. q̄ ecclia dolet p talib⁹ tāqz pro mēbris vulneratis 7 nondū sanatis. Ex eo enī q̄ alleluia dimittī rubor ecclie monstraī quez hz de suis vulneribus nondū sanatis. Ꝑpterea ideo tūc nō dicīt alla. q̄ nō ē pulcra laus i oꝛe peccatoꝛis. In dieb⁹ vō ꝓfestis q̄

sunt ab octaua pasce vsqz ad octauã pente costes simplex alleluia sine rñsorio cantur Primo quia dies illi vitã ꝓtemplatiuam significant. que erit post resurrectionẽ. in q̃ responsio nõ erit. quia penitẽtie actꝰ ibi superfluus erit. sz tantũ alleluia canet de pcepta immortalitate. Secũdo qz tũc pro illis canimus q̃ iã sunt in patria. ad quos iã nõ ptinet actio laboriosa quã rñsorium notat. sed sunt in dei cõtemplatione z exultatione que intelligit p alleluia. Tertio qz añ resurrectionem corpoz nostroz̃. aia sine corpe deũ laudabit. Quarto quia sancti añ diez generalis resurrectiõis simplicẽ tantũ recipiunt stolã scz anime. Rursum in ꝑuatis feriis gloria in excelsis deo ꝛc. et duplex alleluia nõ dicit. quia nondũ habemꝰ pfectaz iusticiam nec gl̃iam quã expectamꝰ. Sed qz ecclesia iã primã habet resurrectionẽ. ideo alio tpe semp alleluia canit. ꝓterq̃z in septuagesima. vt dictũ est in ꝓbemio buꝰ partis z sub titulo de tpe aduẽtus. In octauis vo pasce z in sabbato in albis duplex alleluia dicit. qz tunc tps resurrectiõis repñtamus z in requie q̃ erit in resurrectiõe duplicẽ stolam scz anime z corpis pcipiemꝰ. qz erimꝰ vtroqz homine. i. in aia z i corpe gl̃iosi. Erimus enĩ incoꝛruptiõis gloria vestiti. In dominica sl quoqz que sunt ab octaua pasce vsqz ad octauã pẽtecostes duplex alleluia dꝛ. tum quia in resurrectione quã ipsi dies significant corpus simul cũ anima laudabit deũ. tũ quia duo sunt vnde letari debet anima in die sempiterna. vnũ de percepta letitia. aliud de pcipienda in resurrectõe. tum quia resurrectio dñi que facta est in die dominica est causa nostre resurrectiõis future. z ideo in omnib⁹ dñicis quasi octauam dñice resurrectiõis repñtamus. In ferialibus vnũ. quoniã añ resurrectionẽ aia vna dumtaxat fruit beatitudine. Rursus ideo vsqz ad octauã pentecostes duplex alla dꝛ. qz in octaua etate in qua erit corpoz resurrectio erimꝰ vtroqz hoiẽ gloriosi. In oibus quoqz festiuitatib⁹ illo tpe occurrẽtib⁹ duplex alleluia dꝛ. Et B ꝑmo ppt requiẽ z fruitionẽ. Secũdo quia illã de duob⁹ gaudent. sl. de eterna quiete. z de diuina visione Tertio quia cũ iã habeant gloriã anime securi sunt de gloria corpis. Sex vo dies pascales videlicet inter sabbatũ sanctũ et sabbatum in albis. z dominici dies atqz festiui quos celebramus ab octauis pentecostes vsqz in septuagesimã. in q̃bus rñsoriũ et alleluia canit. recolũt actꝰ eoꝝ̃ q̃ elemosynas largiendo. infirmos visitãdo. et solum que bona sunt opando. pseuerantiã habendo ĩ sanctitate quaz in baptismo receperũt sine dubio ad ꝓtemplationẽ dei puenũt. Inde est q̃ post rñsoriũ q̃d vitã actiuã significat. sequit alleluia q̃d significat ꝓtẽplatiuã. sed tunc vnũ tantũ siue simplex alleluia dꝛ. ꝓpter causas supꝛa dictas. Versus añ dicitur rñsoriuz z postea sequit alleluia. put supꝛa dictũ est. Dominici autẽ dies z festiui a septuagesima vsqz in pasca. quoꝛ respõsoriis nõ alleluia sed tractꝰ subdit. recolunt eos qui sunt in bonis opibus. sed videntes laborẽ vie timent casum. nã temptatiõibus tundunt sine q̃bus hec vita nõ ducit. Inter rñsoriũ enĩ et alleluia tractus est medius qui neqz in tanta leticia est sicut alleluia. neqz in tanto ope vt rñsoriũ. In sabbato vero sancto gaudentes p neophitis nostris. quia ab omĩ peccato liberati sunt canimꝰ alleluia. sed quia eos trabendos variis videmus laboribus tractũ adijcimus. p quẽ labores intelliguntur. de quo dictũ est sub titulo de septuagesima et in ꝓbemio buius partis. Quomodo officia istoꝝ̃ septez dierum et officia dominicaruz que sunt inter pasca et pentecosten adaptentur septez donis spiritus sancti sub vigilia ascensiõis. z sub sabbato in albis dicet Circa euãgelia que B tpe leguntur sciendũ est. q̃ omnia ptinent ad resurrectionẽ z iuxta ordinez scriptoꝝ ponũtur. Matthe⁹ enĩ ꝑmo scripsit. secũdo marcꝰ. tertio lucas. vltimo iohãnes Añ ꝑmo ponit euangeliũ matthei in vigilia pasce. In ipo vo die pasce euãgeliũ marci. In secunda z tertia feria euangeliũ luce. In quarta et q̃nta feria et in sabbato euangelium iohannis. In sexta feria interponit euãgeliũ matthei. Sanct euãgelijs vigilie

et dicī tantū agitur de annunciatiōe resurrectionis facta p angelū. Jn aljs de visiōe. Conueniebat enī vt p̄us annūciaret̄ domini resurrectio. z postea ad maiorē fidem faciendam corpaliter ipe ab omnib⁹ videret̄ Tria vo iohānis euāgelia omnino p̄poste re posita sunt. primū nanq; fuit qđ legitur in sabbato. postea qđ legit̄ i q̄nta feria. z alij quāto tpe post qđ in quarta feria legit̄ Mā maria magdalena cū veniss; ad monumētū z nō inuenisset corp⁹ dñi. sublatu; credidit. z cucurrit z nūciauit petro et iohāni. q̄ cucurrerūt ad monumentū. z iohes p̄cucurrit. sed nō statim introiuit. sed petr⁹ tandem veniēs introiuit. et postea iohannes i trauit. et cū nō inuenissent redierūt ad p̄opria. Hoc legit̄ in sabbato. Illis redeūtib⁹ maria remāsit ad monumentū z inclinans se in monumentū. vidit vnū angelū sedētē ad caput aliū ad pedes. q̄ dixerūt. Mulier quid ploras. Que dixit. Quia tulerūt dominū meū. et nescio vbi posuerūt eum. Et tunc cōuersa retrorsum vidit ihesum q̄ dixit ei. Mulier q̄d ploras. quē queris Et illa respiciēs. z ortulanū eū ee credēs dixit Dñe si tu sustulisti eū dicito mihi z ego eum tollā. Hoc legit̄ in q̄nta feria Alīquāto tempore post petrus iuit piscatū cū sex aljs ad mare tyberiadis. vbi dñs apparuit eis in litore. Et hoc legitur in quarta feria Sed q̄re hec omīa. Solutio. in quarta feria cantat̄ hoc quod cantabit̄ sanctis in die iudicij. Uenite benedicti patris mei ꝛc. Et in illo euangelio qđ eadē die legit̄ dicitur q̄ dñs apparuit discipulis in litore maris. Et hoc bene q̄uenit. Mam plenus maris. vt dicit beatus gregorius sup illum locū. finis intelligit̄ mūdi in quo dñs apparebit suis gloriosus. et tūc petrus trahet ad litus rete plenu; magnis piscib⁹ centū quadraginta trib⁹. nec tamen scindet̄ rete. p petrū intelligit̄ ordo sanctor̄ prelator̄. q̄ de fluctu hui⁹ seculi ad lit⁹ stabilitatis eterne ducēt eos qui p̄positi cōuersi sunt. sed ℞ attribuit soli petro ꝓpter ecclesie vnitatē. Sed quare legit̄ in sabbato i aljs euangelū qđ tūc legit̄. Rñdeo q̄ officium hui⁹ sabbati cū officio p̄cedētis sabbati sancti in multis cōuenit. Mā in p̄cedenti sabbato duplex laus cantat̄ sicut z in hoc. z etiam lectio lectioni cōuenit. quia in lectione p̄cedentis sabbati dr. que sursum sunt sapite. nō que sup terrā. et in lectione sequentis dicit̄. Deponētes omnē dolum ꝛc. et ip̄i tanq; lapides viui superedificamini ꝛc. Et nichil aliud est q̄; que sursum sunt sapere. Cōueniebat igit̄ vt euangelū euangelio corresponderet. qđ fit in eor⁹ p̄ncipijs. Mā i euāgelio p̄cedentis sabbati dr. Uespere aūt sabbati que lucescit in p̄ma sabbati. i. diluculo venit maria magdalena Et in euangelio sequentis dr. Una sabbati maria magdalēa venit ad monumentū cū adhuc tenebre essent. qđ idē est. Jn hoc tamē videt̄ differentia. quia dr ibi q̄ venit maria magdalena z altera maria. hic non fit mentio nisi de maria magdalena. Sed vt aut augustin⁹ in libro de cōcor. euangeliorū. ideo iohes solaz mariā magdalenā nominat. quia fuit ceteris feruētior. nec tamē ideo ceteras excludit Euangelū vo matthei legitur i sexta feria. quia dñs p passionē meruit sibi dari potestatem in celo et in terra. vel potiꝰ dataz notificari. z quia dominꝰ in sexta feria passus est. idcirco legit̄ euangelū matthei in sexta feria. in qua dñs ait discipulis. Data est mihi oīs potestas in celo z in terra. Un apls. Christus factus est p nobis obediēs patri vsq; ad mortē. mortē aūt crucis. ꝓpter qđ z deus ꝛc. Ubi ergo poneret̄ euāgelū in quo agit̄ a iohāne de p̄ma visione dñi que facta fuit marie magdalene nisi in q̄nta feria Jn prima enī die nō poterat poni predictis de causis. nec in secūda nec in tertia nec i quarta nec in sexta nec in sabbato. Unde restat q̄ in quinta feria necessario poni debuerit.

Aliunt quidā q̄ licet in secūda feria legatur euangelium de apparitiōe dñi facta discipulis euntib⁹ in emaus. nō tamen illa fct̄a fuit ea die. sed in p̄cedenti. Decē eteni apparitiones post christi resurrectionē in euangelijs inuenīt̄ur ad fidē nostrā cōfirmandam. q̄nq; in p̄ma die. et q̄nq; postea. Sed in apostolo dicit̄. q̄ in die resurrectōis apparuit iacobo z q̄ngentis simul fratribus. Et

sicut quidã dicunt in ipa etiã die primo ap
paruit matri. vt dictũ est in quarta pte sub
titulo de accessu pontificis ad altare. ⁊ ia co
bo qui votũ vouerat nõ comedere. sed ⁊ io
seph etiã apparuit q̃ pro eo tenebat in carce
re. Verũ quia de visione angelorum ⁊ ma
ria magdalena euãgeliste discordare vidẽt
ideo aliqua sup hoc ꝑter ppositũ dicamus
Nam matthe⁹ dicit q̃ mulieres viderũt an
gelum sedentẽ sup lapidẽ. qui tamẽ erat ex
tra monumentũ. Marcus dicit q̃ introeũ
tes ipe in monumentũ viderũt eũ sedentez
in dextris. Johãnes dicit q̃ maria magda
lena vidit duos angelos vnũ ad caput. alĩ
um ad pedes sedentes. Lucas dicit q̃ duo
angeli stãtes dixerunt marie magdalene ⁊
alijs. cur queritis viuentẽ ⁊c. Itẽ iohannes
dicit solã vnam venisse scz mariã magdale
nam. Matthe⁹ duas scz eã ⁊ aliã. Marc⁹
tres scz eam ⁊ mariã matrẽ iacobi minoris
⁊ mariã filiã salome. que fuit mater filiorũ
zebedei. scz iacobi maioris ⁊ iohis euangeli
ste. ſm chrysostomũ tantũ salome filia fuit
Lucas plures dicit. dicit enĩ. Erat autẽ ma
ria magdalena et iohanna et maria iacobi
minoris subaudi mater. ⁊ cetere que cuz ip
sis erant. Et alie venerunt quas non nume
rant euangeliste Eccl̃ia tñ tres marias rep
sentat. ¶Rursus matthеus dicit q̃ mulieres
certificate ꝑ angelum. int̃ quas erat ꝑcipue
maria magdalena. denunciauerũt apostо
lis dñm resurrexisse. Et iohãnes dic̃ q̃ ma
ria magdalena nunciauit petro ⁊ iohanni
eum sublatũ fuisse. Vera quidẽ sunt omĩa
que dicunt euãgeliste in his ⁊ nõ sũt aduer
sa. sed q̃d vnus min⁹ dicit. alius supplet Ve
rum est enĩ sicut narrat matthеus q̃ ꝑmo
viderũt angelũ sedentẽ sup lapidẽ quem re
uoluerat ab ostio monumenti. q̃ ⁊ dixit eis
eum resurrexisse. ⁊ adiecit. Venite et videte
locum vbi posuerũt eũ Et tunc ipe surgens
precessit eas in monumentuz. et sedit in de
xtris sicut narrat marcus. ¶Post maria ma
gdalena vidit vnũ ad caput ⁊ alium ad pe
des sedentes. sicut dicit iohãnes . q̃ dixerũt
ei. Mulier q̃d ploras. ⁊ nunciauerũt eũ re
surrexisse. Et tunc surrexerunt ipi vt appare
rent ei stantes. sicut dicit lucas. vt in hoc q̃d
surrexerunt dñm surrexisse oñderent. et cũ
starent dixerũt ei ⁊ alijs. Cur queritis viuẽ
tem cum mortuis. id est. eũ qui surrexit cur
queritis in sepulcro quod est locus mortu
orum. Ambrosius dicit duas fuisse marias
magdalenas. vna q̃ ſm matthеuz scivit do
minum resurrexisse. alia que ſm iohem ne
scivit. sed corpus sublatũ credidit Augusti
nus vero de concordia euangelistaꝝ sic sol
vit. Dicit enĩ q̃ cũ maria magdalena cum
alijs veniret dicendo. quis reuoluet nobis
lapidem ab ostio monumenti. cum adhuc
aliquantulũ longe essz vidit lapidẽ revolu
tum. ⁊ statim cucurrit ad petrũ ⁊ iohem et
significauit eis corpus dñi fuisse sublatum
qui venientes inuenerũt monumentũ vacu
um ⁊ credentes q̃ fuisset sublatũ redierunt
Maria aũt iterũ adiunxit se alijs et ꝑpius
accedens cũ eis vidit angelũ sedentẽ sup la
pidem sicut dicit matthe⁹. et cetera sicut su
perius dicta sunt Zacharias qui cõposuit
vnũ euãgeliũ ex quattuor aliter soluit. Di
cit enĩz q̃ maria magdalena ⁊ alie venerũt
ad monumentũ. ⁊ viderunt angelũ sedẽtez
sup lapidẽ. sicut dicit matthe⁹. et postĩ mo
numento sicut dicit marcus. et inde duos
stantes vnũ ad caput ⁊ aliũ ad pedes. sicut
dic̃ lucas scz illũ ꝑ se cũ alio. vl̃ eo dispa
rente alios duos. qui dixerunt. Cur queritis vi
uentẽ cum mortuis. et significauerũt eiz re
surrexisse. Alie crediderũ verbis eorũ. ma
ria remansit incredula. Unde alie nuncia
uerunt discipulis dñm resurrexisse. illa nũ
ciauit petro ⁊ iohãni eũ sublatuz fuisse. que
post aduentũ ⁊ recessum eorũ sola remãsit
ad monumentũ. que inclinans se ĩ monu
mentũ vidit duos angelos sedentes vnuz
ad caput ⁊ alium ad pedes. sicut dicit iohã
nes. qui dixerunt ei. Mulier quid ploras.
Et illa rñdit. Quia tulerunt dominũ meũ
⁊ nescio vbi posuerunt eũ. Et cõuersa vidit
dominũ. Qui dixit ei. Mulier quid ploraſ
quem queris. Et illa putans eũ ortulanuz
esse dixit. Domine si tu sustuliſti eum dici
to mihi. et ego eũ tollam. Et tunc dominuſ
eam ex nomine nominauit. ⁊ ipa tunc eum

cognouit.et post plures locutiones ãgelo rum tũc primo credidit.et voluit procidere ad pedes domini.et dominꝰ dixit ei. Noli me tangere.nondũ ei ascendi ad prẽm me um.subintelligit in corde tuo. quasi diceret Quẽ queris tanq̃ mortuũ.non credis pa tri esse equalẽ.Et dic fratribus meis. Ascendo ad prẽm me um et patrẽ vestrũ ꝛc.id est.in proximo ẽ vt ascendã.Et ipa cepit ire iam certificata .z in uentis alijs mulieribus iuit pariter cuz eis hoc nunciare apostolis .et in illa via apparuit eis dominꝰ dicens.Aluete.Que accesserunt z tenuerunt pedes eius.Predictuz autẽ modũ loquendi in quo quasi generaliter dictum est q mulieres iuerunt nuncia re dominũ resurrexisse.cuz tamen maria q erat vna de illis.tunc incredula fuit.sepe in scripturis inuenimus.sicut z dominꝰ dicit discipulis.Et me scitis et viã meam scitis. Cum tamẽ quidã essent inter eos qui ꝟbũ nescirent.Unde dñs ait. Tanto tpe vobiscuz sũ z non cognouistis me ꝛc.Sed illõ ꝓmo dictum est scientibꝰ.istud ignorantibꝰ.Ita etiã dicitur q dominꝰ in ascẽsione apparuit discipulis.et exprobrauit incredulitatẽ et duriciã cordis eorũ.qui bis qui viderãt eũ resurrexisse nõ crediderãt.cum tamen aliq̃ inter eos fuerint qui iã crediderãt.sic petrꝰ et alij plures. Sed illud primo dictũ est de incredulis. Hec opinio videtur probabiliz oriq̃z secunda.Et q̃d dixit ambrosiꝰ.non est credendũ qõ dixerit asserendo. sed aliorum opiniones referẽdo.licet ipe eã argumẽtis pbare videatur q̃bus iuxta p̃dictam opinionem leuiter respondet.et fere totũ qõ ipe inducit.p interemptionem soluitur.verbi gꝝtia q ipe dicit q vna maria fuit ꝑm matthe um que sciuit dominũ resurrexisse. boc est falsum.quia alijs credentibus verbis angeli ipsa remansit incredula.Augustinus vo non sic fuisse dicit vt narrat.ꝛ narrat ita potuisse fuisse.Unde probabiliori sentẽtie nõ penudicat.

De secunda feria post pasca.

Via per gloriã

resurrectõnis impleuit dñs que promisit ĩ veteri testamẽto vt videlicet introduceret nos in terrã fluentem lac z mel.ideo dicit ecclesia in introitu huiꝰ secunde ferie. Introduxit nos dominus in terrã fluentẽ lac z mel.exo.xiij. quia chriſtꝰ iam introductus est.et eccliа triumphãs ĩ re.ecclesia vero militãs in spe. Epistola sumitur de actibus apostoloꝝ.x.c. Stans petrus in medio ꝛc.z intendit pbare passionẽ chriſti z resurrectionẽ. Añ dicit. Huic omnes ꝓphete testimoniũ phibent. Euangelium.duo ex discipulis.luce.xxiiij.c.cõcordat epistole.de apparitione dñi discipulis euntibus in emaus.ibi enĩ habetur q cognouerunt eum in fractiõe panis. Quid ẽ fractio panis nisi exposito scripture.ibi enĩ cognoscitur dominus. Rñsorium vero cõcordat cũ introitu. Dicat nũc israel. Alleluia Mõne cor nostrũ erat ardẽs ꝛc.est de scripturarum expositione. In alijs ecclesijs dicit alleluia. Angelꝰ dñi.mati ꝟbi.ca. Offertoriũ. Angelus dñi ꝛc.est de testimonio apl̃oruz. Postcõmunio. Surrexit dñs ꝛc.luc. vbi.c. est de apparitione q̃facta est petro. Multiplicat igitur apparitiões vt dictũ est ad cõfirmandã fidẽ. Bene ex hodierno euangelio sumitur alleluia. Mõne.z offerẽda. Angelus dñi. ex eo q ibi dicit. Surrexit dñs vere z apparuit simoni. Ad pietatẽ ergo ptinet hoc officiũ in q̃ continetur rememoratio scripturaꝝ.et p pietatem accedit ad mansuetudinẽ. Mansuetis aũt terra pmittitur illa de qua dicitur Beati mites quoniã ipsi possidebũt terraz. scz fluentẽ lac et mel. Unde in introitu. Introduxit nos dominꝰ ĩ terrã fluentẽ lac z mel Et sunt hec ꝟba moysi ꝑlãtis post esuz agni de egypto ducẽtis. Introduxit inquã spe.ꝛ in illã postea introducet re. quã caleph dedit axe filie sue irrigatã irriguo superiori et inferiori Irriguũ inferiꝰ timor est. superiꝰ amor Caleph eteni q̃ quasi cor interpretatur. dat

anime deuotionē cū timore ꝑiter et amore In hac secunda feria fit in vrbe statio apud sanctū petrū ꝓpter hoc q̄d in euangelio habetur. Et apparuit simoni. Et q̄ ibidē dicit. Mōne cor nostrū ardens erat in nobis. q̄ ipe pre ceteris magis arsit dñm diligendo. Hac die pisces vivos inspicimus recolentes cū gaudio q̄ dñs ad ꝓbationē resurrectionis partem piscis assi comedit. Et i tertia feria ad fontes imus. vt ibi dicet. q̄ mulieres verberant viros. Etiam in his tribus diebus est feriandum. prout sub pasca dictum est.

De tertia feria post pascā.

In tertia feria ostenditur ꝓ q̄d habeat hereditas celestis patrie. ostenso enī in secūda feria q̄ in terrā fluentē lac et mel iā introduxit nos deus in spe. et postea introducet in re. ostendit ꝓ q̄d habeatur. q̄ ꝑ diuinā sciam siue cognitionem dñi nostri. Mā hec tota feria est de cognitione siue sapia dei. et inde introitus est Aqua sapiētie ꝛc. ecc. xv. c. et est septimi toni quia in septē donis spūs sancti est ista sapiētia. In epistola. Surgēs paul⁹. actuū. xiij. ca. oñdit christi passio et resurrectio. ꝓ qua hec sapiētia habetur. Qui enī verā fidē habet de his habet sapozē dei. Hec autē cognitio est dies quā fecit dñs. De graduali ergo patet. Et nota q̄ cū omnes graduales vsus huius⁹ hebdomade sumant de psalmo. cxvij. scz confitemini. q̄ est non⁹ post Dixit dñs. hodiern⁹ sumit de psalmo. cvj. s. Confitemini. qui est decimus in matutinali cātate. eo q̄ iste psalm⁹ exhortat fideles ad laudē dei qui ꝑ sapientiā suā redemit et liberauit eos a quadruplici temptatiōe. q̄ liberauit eos de necessitatib⁹ eoz. i. ab infidelitate. et q̄ liberauit eos de necessitatib⁹ eoz. i. a prava consuetudine. et liberauit eos a tedio bone actionis. et eduxit eos a versutijs hereticē impugnationis. Alleluia est. Surrexit dñs et apparuit mulierib⁹. Vel ſm alias ecclesias Oportuit christū pati. q̄d sumit de euāgelio. In alijs etiā dicit. Surrexit dominꝰ vere. Luce vltē. ca. In euāgelio vo. Stetit ihesus ꝛc Luce. xxiiij. c. oñdit dñs et ꝓbat resurrectionez suā discipulis suis ꝑ quattuor. Primo per cōsuetū modū loquendi cū dixit. Pax vobis. Loquebat eī eis sepe de pace. et amator pacis erat. Mā et ipe dñs inquit In me pacē habebitis in mūdo aūt pressurā. Pacem relinquo vobis. pacē meā do vob. Secundo ꝓ hoc q̄d oñdit se palpabilez. Tertio quia cū eis comedit. Quarto quia eis aperuit sensum scripturaꝝ. Et quia hanc sapientiam dñs dedit ꝑ se et ꝑ apl̄os. ideo dicit in offertorio. Intonuit de celo dñs. id est. ō apostolis. vt omnes crederēt in illū. Hec ei inquit iohannes scripta sunt vt credatis. et credentes vitā eternā habeatis. In post cōmunione que est ad col̄. ij. c. invitamur ad hanc sapiam Si cōsurrexistis cum christo que sursum sunt sapite. ecce de sapiētia. Et quia de sapiētia habetur in hac secunda feria. ideo fit statio ad sanctū paulū q̄ fuit sapientior omnibus apostolis seu cui dominus singulariter aperuit intelligentiaz scripturarū. de q̄bus legit in euāgelio et i introitu. Mā ipe dicit. Non a me nec ab homine accepi euangeliū meū. sed ꝑ revelationem dñi mei ihesu christi. Vel quia ꝑ eū maxime adimpletū est q̄d in euāgelio legit. scz oportuit p̄dicari pniam in omnes gētes. ideoq̄ et eius p̄dicatio legit in hodierna lectione actuū apostoloꝝ. Hac die viri vberāt mulieres put sub pasca dictum est Hac etiam die ad fontes imus ꝓ eo q̄ hodie in introitu viri beati aqua sapientie potati referūt. et in offertorio fontes aquarum apparuisse memorantur

De quarta feria.

Stenso in tertia feria de celesti patria et ꝑ q̄d habeatur. oñso etiā in secūda feria q̄ i terrā fluentē lac et mel ꝛc. introducimur ideo nunci hac quarta feria invitamur ad illam. Mā introitus est. Venite benedicti patris mei ꝛc. matth. xxv. c. Quia vo dominus dicit. Penitentiā agite. appropinq̄bit enim regnū celoꝝ. et quia ibi nō intrant nisi purificati ꝑ pniam. iō beat⁹ petr⁹ in epl̄a.

Aperiens.act.iij.inuitat iudeos ad penitẽ/
tiam. Ideo aũt ad pniam inuitat hõ. vt de
filio diaboli fiat filius dei. hec est mutatio
dextre excelsi. Propter qõ in rñsorio habet
Dextera dñi fecit virtutẽ. Sequit alla õ re/
surrectione. Surrexit dñs ꝛc. Et in alijs ec/
clesijs est. Christus resurgẽs ꝛc. Semp enim
in his dieb⁹ aliqua de resurrectiõe dicũtur
In alijs etiã dicit. Cũ sederit. matth. xxv. ca.
Quia vero hec mutatio fit etiã qñ homines
fiunt filij dei. ppter pdicationẽ. ideo in euã/
gelio. manifestauit se iesus. ioh. xxi. ca. dicit
dñs. Mittite in dextrã nauigij rete. Hoc fa/
cit qui tantũ pdicat ppter deũ. et tũc trahũ
tur magni pisces. Postea dedit eis piscem
assum. Piscis assus est christus pass⁹. Hec
erit refectio in patria cũ comedemus panẽ
angelorũ. De quo in offertorio Portas ce
li ꝛc. Postcommunio est. Christ⁹ resurgẽs
roz. vj. c. Et qz beat⁹ laurẽti⁹ fuit vn⁹ õ ma
gnis piscib⁹ ꝛ fuit assat⁹ p christo. iõ fit sta/
tio ad beatũ laurentiũ.

De quinta feria

Vinta feria est de

cõuersione gentiũ ppter passionẽ ꝛ
resurrectionẽ. Añ introitus est. Victricem
manũ tuã laudauerunt pariter christiani.
quia sapiẽtia aperuit os mutorũ. Añ Esa.
xxv. ca. Tunc claud⁹ saliet sicut ceru⁹. ꝛ ape
rientur lingue mutoz. Qõ factũ est ꝗndo
christus demones eijciebat. et faciebat ho/
mines mutos loq̃. Añ in euãgelio. Erat ie
sus eijciens demonũ ꝛ illud erat mutũ. In
epistola vo. Angelus dñi. act. viij. significat
cõuersio ista gentiũ. Añ oꝛibi de eunucho
qui cõuersus est a philippo q̃ interpretatur
os lampadis siue os illuminãs. quia qñqz
p scripturarũ inspectionẽ vel pdicationem
conuertit homo vt gentiles qui significant
per eunuchũ. qñqz vo per inspirationẽ cõ/
uertitur ad dñm. vt habetur in euãgelio q
apparuit marie magdalene. Quia vo p cõ
uersionẽ gentiũ factus est christ⁹ lapis an/
gularis. ideo in versu rñsorij habet. Lapidẽ
quẽ reprobauerũt edificãtes ꝛc. Et qz vera
conuersio fit per pniam. ideo sequit allelu/
ia matth. xxvj. In die resurrectiõis mee dic
dñs. precedã vos in galileã. i. in transmigra
tionẽ de vicijs ad vtutes. Euangeliũ. Maria
stabat. ioh. xx. c. est de apparitiõe dñi ma
rie magdalene in specie oꝛtulani siue pegri
ni. quia pegrinus est de⁹ homini qꝺiu est
in peccato. In offertorio. In die solẽnitatis
exo. iiij. et. xvij. cq. similiter pmittitur conuer
tentibus vera beatitudo. In postcõmunio
ne vero. populus ꝛc. j. reg. ij. c. ad laudandũ
inuitamur. Et fit statio ad sanctos apostolos. quia in philippo q̃ interpretat os lãpa/
dis. intelligũtur omnes apostoli. p quoꝛuz
predicationẽ conuersio gentium facta est.
Item quia fratres domini. de quib⁹ i euã/
gelio legitur. sunt apostoli p quos os muti
apertum est. et diserte lingue infantiũ. ideo
statio fit ibi

De sexta feria.

Exta feria est de

institutione baptismi. Unde ĩtro/
itus est Eduxit eos dominus scili
cet de egypto. i. de tenebris peccati. et inimi
cos eoꝛũ operuit mare. i. baptismus. et sub/
iicitur ibi ter alla. ppter liberationez ab ho
stibus ꝛ bonũ gratie. Postmodũ sequitur
epla. Christ⁹ semel. j. pet. iij. c. in qua beatus
petr⁹ agit de baptismo et de arca noe. Sic
enim in diluuio parcã salue facte sunt aie li
cet pauce scz octo. sili ꝛ in baptismo. quia si
cut in aquis diluuij. que inundauerunt to
tum mundũ. mũdus a peccatis purgatus
est. ꝛ parcã aie salue facte sunt. ita et in aq̃s
baptismi. in q̃ oĩa peccata mũdata sũt. per
eccl̃iam saluati sumus. Sequit̃ graduale.
Hec dies quã fecit dñs. Versus. Bñdict⁹
qui venit in nomĩe dñi. Est enĩ homo q̃ cõ/
secrat baptisma. sed de⁹ est q̃ inuisibiliter ba/
ptizat. Añ sequit̃. Deus dñs et illuxit nob
scz p illuminationẽ baptismi. et p illumina
tionẽ legis dñi. Alleluia est. Angelus dñi.
cum duplici versu. sicut ĩ die pasce. In qui/
busdam eccl̃esijs. quia in hac die agit̃ de in
stitutione baptismi. vnus versus est ppter
christi resurrectionẽ in corpe. alius ppt̃ sto
lam aie quã i baptismo suscipiũt baptizati.

Euangeliū vo est de institutione baptismi ꝑm matth. vlt. ca. Undecim discipuli abierunt in montē quē constituit illis ihesus. Et sequit ibi. Euntes docete omnes gētes. baptizantes eos in noīe patris ꝛc. Et qr̄ memoria debem⁹ habere istū diē ꝓpter institutionē baptismi. iō sequit in offertorio. Erit nobis memorialis dies ista ꝛc. exo. xij. ⁊ xiij. ca. Memorialis quidē debet eē dies. in qua ꝺ vicijs ad vtutes trāsimus. Ben enī dixit moyses de die pasce ¶ Dostcōmunio est. Data ē mihi oīs potestas. matth. vlt. c. Quia vero beata vgo credit interfuisse in institutione baptismi. qr̄ vt hieronim⁹ ait. hoc apud nazareth in domo ei⁹ actū est. iō hac die fit statio in eccl̄ia eius.

De sabbato in albis

Equitur de sab

bato in albis. in q̄ est introitus. Eduxit dñs ꝓplm suū in exultatione. hoc maxime in extremo sabbato fieri intelligim⁹. qñ erit verū sabbatū. Sz ne iudei credāt hoc dictū esse de se. sequit epistola ꝑma beati petri. ij. c. Fratres deponentes omnē maliciā ⁊ dolū ꝛc. Sequitur duplex all̄a sine gradual̄. ¶ Primo qr̄ nunc terminatur septuagesima. post quā sequit octaua resurrectiōis qñ habebit duplex stola anime scz ⁊ corpis. ⁊ cessabit labor opis. de quo dictū est in ꝓhemio hui⁹ ptis. et sub tit. de septē dieb⁹ post pasca. ⁊ in q̄rta pte sub titulo de all̄a. Secundo q̄ in die iudicij duplex erit gaudiuz ꝑ dñica ⁊ nostra resurrectione. Tertio geminat all̄a. qr̄ tunc erit leticia sempiterna. qr̄ enī erit leticia vnum alleluia canit. qr̄ sempiterna ꝑm cōcinit alleluia. Quarto qr̄ in octaua resurrectiōis omnis solicitudo deponet. qō significat in hac octaua die in qua vestis candida siue chrisma le deponit. iō in albis nō cantat graduale sed duplex all̄a. qr̄ tūc erim⁹ in albis. Itez q̄ntū ad resurrectionē dñi nō debet graduale cantari. neq̄z q̄ntū ad baptizatos. ⁊ idō cātat vnū all̄a ꝓ baptizatis scz. Laudate pueri dñm. ⁊ aliud de resurrectōe dñi scz ¶ Hec dies quā fecit dñs. ¶ Dreterea ideo post alleluia. hec dies. sequit all̄a. laudate pueri. qr̄ de leticia animaꝝ transiēt ad gl̄iam incorruptibilē corpoꝝ. Euangeliū vo. Una sabbati. ioh. xx. c. est de duob⁹ discipulis q̄ currebant ad monumentū petr⁹ scz ⁊ iohānes qui significāt duos populos. cucurrit ñ citius ioh̄es. i. iudaic⁹ ꝓplus. qr̄ habebāt prophetas scz hieremiā esaiā ⁊ alios q̄ de passione dñi loquunt. sed petr⁹ citi⁹ intrauit. id est. gentilis popul⁹. nō tamen intrauerunt iudei in multitudine. q̄ enī credit intrat. sic dicit aug⁹. Et attē de qr̄ epl̄a ⁊ euāgeliū huius sabbati cōcordāt cum epl̄a ⁊ euāgelio sabbati sancti. put dictū est sub titulo de septem dieb⁹ post pasca. In offertorio vo de illuminatione ꝓ baptismuz agunt grates. Benedictus q̄ venit ꝛc. ¶ Dostcōmunio est Omnes q̄ in christo baptizati estis christū indumini. gal. iij. Die ista fit statio ad eccl̄iam beati iohis in laterano. qr̄ enī ibi in ꝓcedenti sabbato baptizati sunt pueri. ⁊ octaua die in lege circumcidebant. ideo recte hac die ipi cōuenūt vt hoc spūaliter agat in baptizatis. ⁊ hoc est qō dicit in epl̄a. Beponentes omnē maliciā ⁊ omnē dolū ꝛc. quasi modo geniti infantes. ne ꝓfenestras q̄nq̄z sensuū intret mors. Dicit aūt ad horas capl̄m. Christ⁹ resurgēs. roꝝ. vj. ca. et illud. Expurgate vetus ꝛc. j. ad corinth. v. c. ⁊ illud Christus passus est. j. pet. iij. Quia vo in tota septuagesima que vsq̄z ad banc diē ꝓtenditur pn̄iam egimus. iō eccl̄ia hodie celebrat in albis vt magis ac magis albi simꝰ sicut dñs ait in euāgelio matth. iij. Agite penitentiā. apropinq̄bit enī regnuz celorum. Quare hoc sabbatū dicit in albis dictū est sub pasca. Hac die domin⁹ papa distribuit agnos dei. Alicubi etiam distribuitur cereus paschalis. de quo dictū est sub sabbato sancto

De recapitulatiōe dieꝝ p̄cedētiū

Dtest etiā aliter

dici. qr̄ ideo in p̄missis septez diebus baptismalia celebrāt officia vel quia baptizati sapiētia septiformi docētur. vel qr̄ ipsoꝝ tpis vniuersitas diey septe-

nario voluit. quib⁹ q⁹ fides spes et caritas p̄cipue sunt necessaria. ido tribus psalmis vtimur in nocturnis. Singulor⁹ aũt dierũ officia sic possumus septẽ spiritib⁹ et beatitudinibus coaptare. Officiũ quidez dñice resurrectionis ptinet ad timorez q̃ timem⁹ terribilem sniam iudicis Cum eĩ dicet pat̃ rex et iudex oĩm. Resurrexi et adhuc tecum sum. in sugillationẽ inimicor⁹ dicentiuz. qñ morietr̃ et peribit nomẽ eius. tũc magn⁹ erit timor et tremor. Vñ et in offertorio. Terra tremuit ꝛc. spũs timoris vt fundamentum ponit̃. Sed quare a timore incipiẽtes in sapientia terminam⁹. cũ ysa. cepit a sapientia et descenderit ad timorẽ. Rñdeo. ysaias saluatorez descripsit qui carnẽ assumendo descendit. Nos vo de terrenis ad celestia tendere conamur. et idõ gradus ascẽdendo cõnumerare debem⁹. vt a timore ad sapiẽtiaz puenire possim⁹ In scda feria legit̃ euãgelium de duobus discipulis euntibus in emaus. q̃bus dñs apparuit. et scripturas moysi et oĩm pphetar⁹ aperuit. Et attende q̃ licz hodie legat̃ euãgelium d̃ apparitõe dñi nõ tñ hodie. sed beri apparitio fca fuit. Ad pietatẽ ergo ptinet hoc officiũ in quo ꝓtinet rememoratio scriptur⁹. et accedit ad mansuetudinẽ put ibi dictũ est. In tercia feria legit̃ euãgeliũ. Stetit iesus. vbi multipharie suã resurrectõem pbat scz p visum p tactum et p gustũ et etiã p auditũ. cum scripturas exponit. Nõ ptinet ad sciam. Vnde in introitu. Aqua sapie ꝛc. beati viri potati referuntur. In offertorio. Intonuit ꝛc. fontes aquaruz appuisse mẽorant̃. In postcõione. Si surrexistis. que sursuz sunt q̃rite. sapere iubent̃ Et in euangelio sensus ad intelligendũ scripturas discipulis aperit̃. Scriptur⁹ q̃ppe intelligentia et scientia lamenti et luct⁹ est cã effectiua. Qui enĩ legit in scpturis pphetas et eor⁹ dñm occisos. quoqũo dolore mordetur. Et q̃nto quis peccata sua intelligit. tanto in luctũ et pnie lamentuz prumpit. Licet igit̃ bis diebus sit gaudijs vacanduz. tñ ineptam leticiã remoueamus. ne carnes agni sine lactucis agrestibus comedam⁹. q⁹ beati q̃ lugent. In q̃rta feria legit̃ euãgeliũ de discipl̃is piscantib⁹ quos dñs inuitauit ad prandiũ. et dedit eis panẽ et piscem assũ id est cognoscere christũ eẽ deum et hoĩem passuz. Que q̃dem est illa saturitas de qua dr. Beati q̃ esuriunt et sitiunt iustitiã. q̃niaz ipsi saturabuntur. Nõ ergo dr ibi. Venite prandete. hoc est qõd cantat̃ in introitu. Venite bñdicti patris mei ꝓcipite regnũ. Hoc enim regnũ est prandiũ eternũ vbi erunt pisces magni. sed vnus est super prunas non passionis. sed amoris. Rationabiliter autez in feria quarta nobis a christo regnum promittit̃. q⁹ in q̃rta etate regnauerũt dauid et salomon. in quor⁹ manib⁹ christi regnũ specialius et plenius significat̃. Et q⁹ petrus supradictũ rete traxit in terrã. ipsi enim ꝓmissa est ecclia. ipsi specialr̃ dictuz est. pasce oues meas. ideo pepl̃a sumit̃ eius predicatio de actibus apl̃or⁹. Ad saturitatem q̃z pertinet offerenda. Aperta celi aperuit scz pphetas qui pdixerũt angelos q̃ annũciauerũt. mariam que genuit apl̃os qui pdicauerũt. doctores qui exposuerũt. Super hos oẽs pluit dñs mãna in ore egentiũ animar⁹. i. dei vbũ vel corpis sacramentũ vt non deficerent in via tendẽtes ad patriã. vbi comedẽt panez angelor⁹. Versus gradualis. dextra dñi fec̃ virtutẽ. congruit illi verbo euangelij. Mittite i dexterã nauigij rete. Et est sensus. Dextera dñi fecit virtutẽ. quia potẽtia vbi mihi vniti fecit me vincere mortez. Ideoq⁹ dextera domini exaltauit me. id est. laudabilẽ me fecit. et repetit. dextera dñi fecit vtutem. vt ostendat resurrectiõis qualitatẽ scz eternam. Vñ sequit̃. Non moriar. sed viuaz. Iuxta quẽ sensum capim⁹ cũ apostolo in alleluia et cõmunione. christ⁹ resurgẽs. Et pertinet hoc ad fortitudinẽ. Et quia beat⁹ laurentius fuit piscis assus fortis i esurie. et esuriens in fortitudine. ideo sit ibi statio Officium q̃nte ferie ptinet ad consiliũ et miseri cordiam. Ad agnũ ei fuit consiliũ peccatricis pedes christi lauantis cũ lachrymis vt misericordiã consequereť. put in euãgelio dicitur. Officiũ sexte ferie ptinet ad mũdiciam cordis et corpis. In baptismo nãq⁹ de quo ibi agitur. lauant̃ corpus et anima.

Et quia mūdis cordibus visio dei promittit vt ibi. beati mūdo corde quoniā ipi deum videbūt. z p mundiciā ad intellectū pueniē ideo recte in euāgelio dr. q trāsmigrantes deū videbūt. In sabbato legit euangeli/um in quo dicit. q licet ioānes p̄cucurrerit. tamē petrus sequēs cui⁹ in monumentū i/trauit. z postea ioānes. Hic put ibi dictū est sunt duo populi Petr⁹ significat gētes que posteri⁹ venerūt ad noticiā passionis. sed tamē p̄mitus crediderūt. ioānes sina/gogam q̄ in lege z pphetis p̄us audiuit do mini passionē. sed nondū credere in mor/tuum voluit. Credet aūt cū israel saluus fiet. De bis duob⁹ populis scz credentib⁹ z nō credentib⁹ loquit petr⁹ in epla. deponētes ꝛc. De credētibus dr in introitu. Eduxit do minus populū suū. Eduxit enī dñs israel de egypto cū auro z argento. scz illis ī deser/to murmurantib⁹. z ideo pereuntib⁹. eduxit eos q̄ nō murmurauerūt de deserto i terrā p̄missionis. Et ppter eosdē dimittim⁹ gra/duale. et duplicat alla. quia tūc neophiti la borabāt. nūc deū voce z opere laudāt. Ad eosdem ptinet alleluia. Laudate pueri do/minum. Totus enī ille psalmus ad lectiōz dirigit gentū. qđ ex eius illo fine probatur. Qui habitare facit sterilē in domo. Eisdez pueris cōuenit qđ cantur i offertorio. Be/nedictus qui venit in nomine dñi. Hūc enī versiculū cantauerūt pueri occurrētes do mino ad passionē venīēti. Quod sequitur. Benedixim⁹ vobis de domo dñi. adiecit mater ecclia dicēs pueris suis. Bñdixim⁹ vobis. id est. signauim⁹ vos baptismo. nos qui sumus familia dñi. quia deus dñs illu/xit nobis. Sequens versus. Hec est dies. ad gaudiū spectat credentiū. Ille alius. La/pidem quē reprobauerūt ad suggillationē ptinet iudeorū. Ad eosdē credentes ptinet postcōmunio. Omēs q̄ in christo ꝛc. Sder/tinet igit officiū istud ad pacificos q̄ filij dī vocabunt. dedit enī dñs bis q̄ credūt in no/mine eius potestatē filios dei fieri qb⁹ dat sapientia pfrui.

De prima dominica post pasca

N octaua pasce

pascha deberet octauam habere nisi solus vnam diem ppter vnitatem. Rursus hoc festum septem diebus agitur ppter psentis vite septenarium. vel ppter animarum sabbatismū. vel q̄ per septem spūssancti dona corpibus et animabus plena gaudia conferunt. Unde et septem vltimi psalmi a laudibus intitulant. q̄ p septiformis gratie opationes gaudia conferunt eterna. De hoc dicetur sub dominica pma post pente. Utrū pentecosten sit hebdomadaria festiuitas. dictum est sub ti. de septem diebus post pascha. In nocte penteco. legunt tres lectiones et dicunt tres psalmi cū tribus antiphonis sicut fit in nocte pasche. ad notandum vnū esse opus totius sancte trinitatis in potentia miraculoz. Quidam tñ nouem legunt lectiones sicut fit in alijs dominicis. sed tñ canonicum est tres dumtaxat legere. ppter sacramentum baptismi in trium psonaruz nomine celebrati vel ob triduanaz domini sepulturā cui sumus in baptismo psepulti Rursus ideo tres psalmi cum tribus antiphonis dicuntur. quia spūssanctus tria circa apostolos operatus est. Naz veteres innouauit innouatos confirmauit. et confirmatos ad alios conuertendos misit. Ad pmū ptinet q̄ dicit in pma antiphona. Factus est repente de celo sonus. Ad scām quod dicitur in secunda. Confirma hoc deus. Ad tercium quod dicitur in tercia. Emitte spiritum tuū. Eorum enim misterio docti sunt alij. et spūsancto interius recreati. Et quia in ipis apostolis duo opatur spūssanctus scz remissionem peccatorum et opationem miraculorū. idcirco ille antiphone terminant p duplex alleluia. Ueruz si diligenter attendere volumus et pferre psalmos et antiphonas que dicuntur in pascha cuz his que dicunt in penteco. alia ratō inuenīt. Nam ibi infra hebdomadam fit variatio psalmorū antiphonaz et tonorum. Hic autem nec in ipsa die nec in alijs fit variatō et omnes ille antiphone sunt vnius toni. scz octaui et eiusdem differentie. Ratio autem est. q̄ quasi duplex baptisma legimus apostoloz. Primum in quo pceperunt remissionez peccatorum. Nam eos baptizatos esse christi baptismo ambigendum nō est. vt dictum est sub ti. de vigilia pasche. Et fm q̄ō receperūt ad robur virtutū et opationez miraculorū et ad repulsionem illecebrarum omniuz secularium. Postmodo baptizatus fuerat petr⁹ cum ad vocem ancille christū negauit. Secundo baptizatus fuit in die pente. cum coram regibus et pncipibus nō timuit pdicare uerbum dei. In pmo ergo multa instabilitas et varietas fuit circa discipulos. In secundo vniformitas et stabilitas. In hūc etiam modum in ecclesia dei duo sunt genera bonorum. scz actiuorum et pemplatiuorum. Actiua vita cōsistit in bonis opibus. id est in amministratione exteriorum. in qua cōstituti ab amore tpalium nō omnino separāt licet amorem dei amori tpalium preferant. Contemplatiua consistit in dilectione dei et contemplatione. Ide due vite p mariam et martham significate sunt. Maria pars dicta est optima. iuxta illud. Maria optimā partem elegit ꝛc. Non tñ repbenditur pars marthe quia et ipsa actiua vita bona ē que hic incboatur et terminatur. Contēplatiua vero optima est que incboatur hic et in futuro consummat. In illa tñ est multa varietas in ista vniformitas put in hac vita esse potest. Antipbone ergo cum psalmis que cantant in pascha pertinent ad vitam actiuam. et idcirco in eis est varietas. Antipbone vero et psalmi qui cantant in pente. pertinent ad contemplatiuaz vitā. et ideo in eis est vniformitas. In pma enim antiphona que in pascha cantatur dicitur. Et consiliū meum non est cum impijs. Hic dicitur. Factus est repente de celo sonus ꝛc. Spiritus seu ventus veniens solet puluerem a facie terre deijcere. Magna enim est differentia inter donum spūssancti. quo separant fideles ab impijs. et donum quo omnis puluis terrenarum cogitationuz a pectore humano tollitur. Illud ad actiuam vitam ptinet hoc ad contemplatiuam. In secunda ibi dicitur. Postulaui patrez meum ꝛc. Hic vō dicitur. Confirma hoc deus ꝛc. Ad omnes quidem fideles ptinet esse de hereditate dñi

ſz ad paucos ptinet ee a ſtrenis cogitatoib⁹ ſepatos. z i ꝓfirmatos ne ad ſtrena redeāt ſz p ꝓuerſationez ee in hierusalez celesti. z ibi alleluia cātare nō ceſſent. quod hic petitur. In tercia ibi dicitur. Ego dormiui z somnū cepi ꝛc. hic dicitur. Emitte ſpūm tuum z creabūt ꝛc. Omnes fideles z bona vicijs resurgunt vel resurrexerunt. ſicut christus a mortuis resurrexit quod ibi dicitur. hic vero in paucis renouat facies terre. id est ratio anime q ſit ab omni puluere terreno⁹ deſideriorum immunis. Ibi ergo. hoc est. i vita actiua que ibi oſtenditur est inchoatio. hic autem. hoc est in contemplatiua que hic oſtenditur est pfectio z conſummatio. Ibi varietas. hic vniformitas. Et ꝓpterea ibi variantur antipbone et pſalmi. hic non. Propter hanc conſummationē z vniformitatez notandam antipbone ſunt octaui toni z eiuſdem differentie. q⁹ octo ſunt beatitudines quarum octaua redit ad caput. Nam in p̄ma dicit. Beati paupes ſpū. quoniam ipſorum est re. celorum. z in octaua. Beati qui pſecutōem patiunt ꝓpter iuſticiaz. quoniā ipſorum est regnū celorum. Propter hanc eandem ꝓſummationē notādaz. in q̄busdā eccleſijs celebrat octaua pentecoſtes. Per hos quoq; ſeptem dies tres quotidie legūtur lectiones vt ſeptem frēs tres ꝓcurent ſoroꝛes. id est ſeptem dona ſpūſſancti p illos ſignificata. tres virtutes ſcz fidez ſpem z caritatē. put gregoꝛius pſequit in moralibus. Horum enim dierum officia ſeptem donis ſpūſſancti adaptant. Veſternum igit z hodiernum officium ptinent ad ſapientiam z intellectū vt ex operibus patet. Per totaz etiam ſeptimanā ſunt ſolennitates ſeruande. Dicitur enim gloria in excelſis. alleluia. credo. ite miſſa est. z te deuz laudamus. put in ſequenti ti. dicetur. Dicitur etiam ad horas capitulum. Cum complerent. Actuuz ij. Et illud. Spiritus domini. ſap. j. c. Et illd̄ Caritas dei. ro. v. Sequit videre de officio miſſe et quidem in die pentecoſtes celebratur feſtum de aduentu ſpūſſancti. viſibilit ei tunc deſcendit in diſcipulos z fuit hoc miraculū z argumentum q̄d nō potuerūt calumniari iudei. Reſurrectōnem enim et aſcenſionez calumniabāt. ſed hoc nō potuerunt facere de aduentu ſpūſſancti. quia ex omni natione que ſub celo est cōuenerant ad diem feſtū. z tunc deſcendit ſpūſſanctus viſibiliter in diſcipulos. ſicut christus promiſerat. et loquebant omnibus linguis coraz omnibus. Et ideo incipit introitus ſap. j. c. Spiritus domini repleuit oꝛbem terraruz id est eccleſiam. que dicitur oꝛbis terraruz. Sicut enim extra oꝛbem terraruz nil viuit ad literaz ſic extra eccleſiam nil viuit ſpūaliter. Sequitur. Et hoc quod cōtinet omia id est ſpūſſanct⁹ cuius bonitate omnia ſubſiſtunt. habet ſcientiam vocis. id est linguarum. Et ita potuit dare z dedit apl̄is vnde cōfuſi ſunt inimici christi. Et ideo ſequitur verſus. Exurgat deus z diſſipent inimici eius. Per ſpūmſanctum enim omnes demones cōpelluntur z eiciunt. Rurſus implet oꝛbem terraruz. dum apoſtolos inebriauit. quoꝛum ſonus in omnem terram exiuit. de quo ſono dicitur in epiſtola. Factus est repente de celo ſonus. Et quoniā oꝛbis terre p quattuoꝛ climata ſeparat. ideo quat in introitu alleluia concinitur. Duplex vo alleluia quod poſt epiſtolam canitur ſignificat duplicandā leticiam vel ſpūmſanctuz bis apoſtolis fuiſſe datum. ſcz de terra z de celo. vel eos ſpū z mēte pſallentes. vel duorum populoꝛuz conuerſionē. Et hoc quod ꝓtinet omnia ſciaz habet vocis. i. nouit qua mente quiſq; loquebat. vl̄ habet ſciam omnium p que z de quibus potest vox humana variari. vel ſciam vocis. i. vocem ſcientie habet. id est facit nos habere. vt que ipſo inſpirante apoſtoli pferrent cum intelligētia pnunciarent. Et nota q ſpūſſanctus paraclitus dicitur. q̄d verbum grece latine ſonat aduocat⁹. quod nomen z filio z ſpūſancto aſcribit. Unde dñs in euangelio. Rogabo patrem meū et aliuz paraclitū dabit vobis Et iohānes in euangelio. Aduocatū habemus apud patrē ieſum christū iuſtum. Dicit etiā paraclit⁹ conſolatoꝛ. Naz pacliſis grece vꝛ latine conſolatio. Poſtmodū ſequit epiſtola de actibus apl̄oꝛ. ij. c. Cū ꝓplerentur

dies pentecostes.dies scz q̄nquaginta a re/
surrectione.Sicut enī q̄nquagesima die a
pascha fiebat pentecostes iudeoꝝ.ita et no/
strum fit.et sicut ꝑplus israel q̄nquagesima
die ab īmolatione agni paschalis siue a pa/
scha.qō celebrauerūt in ramathe.venerunt
ad montem dei oreb vel choreb vl̄ sinai.qō
idem est.ꝛ tunc legem acceperunt.ita et die
q̄nquagesimo a resurrectione dñi datus ē
spūssanctus discipulis in supiori cenaculo
illius aduentuꝝ expectātibus.Dreciptur
enim leuitici.xxiij.vt in die penteco.offerant
noui panes scz ꝓpositionis de nouis frugi/
bus.p quod significaī q̄ debemus deo gra/
tias agere.ex eo q̄ eadem die dedit nouam
legem p spūm sanctum.in qua die data est
lex vetus scz q̄nquagesima die a pascha.de
quo dicē ī ꝓhemio septime ptis.De dono
cuius debemus laudare deum.qō est offer
re panem nouū.qz et lex vetus spūaliter in
tellecta noua est.Et attende q̄ quoniā agnus
immolat⁹ est decima quarta die aprilis.lex
vero data est quarta die mensis tercij.Dici
tur tñ esse data tercia die.Jam enim vt inq̄t
scriptura aduenerat tercia dies.et mane in/
clarauerat.ꝛ ceperūt audiri tonitrua.Die
nanqz tercō descendit dñs noster sup mon
tem ad dandam legē.ꝛ moyses ascendit ad
deum.ꝛ descendens narrauit omnia plebi.
maneqz rursus ascēdens duas tabulas scri
ptas accepit.Et caue vt in secūdo mense tri
ginta dumtaxat ꝓputes dies.Scōm lunā
ergo sedecim in mense ꝑmo.xxx.in secundo
ꝛ quattuor in tercio faciunt quinquaginta
Rursus in q̄nquagesimo anno erat iubile
us.qui interpretatur remissionis annus.
qui septenis annoꝝ hebdomadibus.i.qua
draginta ꝛ nouem annis terit̄.in quo clan/
gebant tube ꝛ omnia debita remittebātur.
serui manumittebant̄.ꝛ libertas ꝓcessa con
firmabaī.antique possessione alienate.om
nibus restituebant̄.vt dictum est sub dñica
q̄nquagesime.Silr in diebus pentecostes
hunc numeꝝ post domini resurrectiōeꝝ ob
seruamus.suscipiētes aduenientem in nos
spūssancti gratiam.p quā efficimur filij dei
ꝛ virtutū possessio nobis restituī.ꝛ remissa
culpa ꝛ totiꝰ debiti cyrographo euacuato
ab oī seruitutis nexu liberi efficimur.Dre/
terea iste numerus q̄nquagesimus resultat
ex septenario numero ducto in seipso super
addita vnitate.Septeꝝ ei sunt hebdomade
a pascha vsqz ad pentecosten.ꝛ ita cōpeten
ter q̄nquagesima die a pascha est penteco/
stes.in quo dat̄ spiritussanctus cuiꝰ dona
sunt septem que dant̄ ab vno.Judei enīz se/
ptenarium numeꝝ nō sine figura in omni/
bus obseruant.ꝓut dictū est sub q̄nquage/
sima.Ascensio autez facta fuit q̄dragesima
die,qui est numerus pnīe.et hoc competēs
fuit.quia p pnīam homo fit similis deo.et
hoc est ascēdere.Sed videtur q̄ sicut in dei
ab immolatione agni typici quinquaginta
dies cōputando ibi faciebant suum pente/
costen.ita ꝛ nos q̄nquagīta dies ab immo
lationeagni deberemꝰ computare.ꝛ sic de
beremus nostrum penteconsten facere in
die veneris.anteq̄z modo facimꝰ.qō docet
computatio.Ad hoc dicimus q̄ non facie/
bant ꝓputatōem ab immolatōne agni.sed
a sequenti dñica.Cū legitur leuit̄.xxiij.Nu
merabitis ab altera die sabbati.i.a domini
ca que est altera dies post sabbatuz.nume/
rabitis dico septem hebdomadas vsqz ad
alterā diez septime hebdomade.Hoc dixit
spūssanctus p moysen.innuens p hoc pen/
tecosten christianoꝝ quod semp est in die
dñica.Dicit ergo lucas de hac die.Duz cō
plerentur dies pentecostes.erāt omnes di/
scipuli pariter in eodem loco.i.in cōsona et
concordi vnitate.Et factus est repente ō ce/
lo sonus.qz existentibus in pnīa que est an
nus iubileus ꝛ completio pentecostes.ꝛ ex
istentibus in vnitate dat̄ spūssanctus.sed re/
pente.qz nescit tarda reruz habere molimi/
na spūssancti gratia.In igne aūt descendit.
qz sicut ignis illuminat ꝛ inflamat.ita spūs/
sanctus illuminat ad cognitionem dei.ꝛ in
flamat ad amoꝛem dei.Apparuit gꝰ in lin/
guis igneis vt facundi eēnt in omni genere
linguaꝝ.ꝛ qz ipse est lingua que de occulto
sue bonitatis v̄bum ptulit in vterum virgi
nis.ꝛ pfert verbum in coꝛde hoīs Mathē.x.
Non vos estis qui loquimini.sed spiritus

patris vestri qui loquit in vobis. Ipse enim quos replet eloquētes facit. Sequit. Quasi aduenientis spūs vehementis. Hoc autē dicit q nihil potuit resistere spūi sancto. nec aplūs. Unde dñs in euangelio matbei. Ego dabo vobis os & sapiam cui non poterunt resistere & ptradicere omnes aduersarij vestri. Et de beato stephano scriptū est in actibus. q nō poterant resistere sapientie & spiritui qui loquebat. Quia vero in epistola dicit. Et factus est repente de celo sonus. tāq aduenientis spūs vehementis ꝛc. ideo ad hoc rep̄sentandum in nōnullis ecclijs clangunt tube dum sequentia dicitur. Venit ei spūssanctus in spiritu vehementi. Quia sicut ventus vehemens pjcit puluerem a facie terre. sic spūssanctus ejcit a corde hominis omnem terrenitatē. Tubis quidem vtebant antiqui. vt legit in numeris. ad multitudinem ꝓgregandā. ad dimicandum. et ad ꝓgratulandum in diebus festiuis. cum diuersitate tū sonorum. quarum vsus fuit tante virtutis in iubilo vt ad crepitū siue sonū earum corruerent muri iericho. Ihe siquidem sunt duo testamenta vel p̄dicatores. q̄bus adpcinctum fidei populus euocat. ad penitentiam & lacrimabilem cōpunctōem excitatur. ad laudes domino exhibēdas inuitatur. & ad montem sion. et ad ciuitatem sanctam hierusalem. & multorum milium angelorum frequentiam. & ad futurum dei iudiciū ꝓuocatur. Et vide quia in aduersis et ꝓsperis tubis clangitur. q omne tempꝰ cōuenit verbo dei. Unde. Benedicam dñm in omni tempore. semp laus eius in ore meo Be organis dictum est in quarta pte sub titulo de sanctis. Tunc etiā ex alto ignis pjcitur. q spiritussanctus descendit in discipulos in igneis linguis. & etiam flores varij. ad denotandum gaudium. & diuersitatem linguarum atq virtutum. Columbe etiā p̄ecclias dimittunt. in quo ipsa spūssancti missio designat. Post ep̄lam dr graduale in q̄busdam ecclijs q festum paschale terminatum est. Tñ in q̄busdam alijs dr duplex alla. q spūssanctus dator est gemine stole. Euāgelium Si quis diligit me. ioh. xiiij. c. manifeste est de spūsancto. Post cōmunio est. Factꝰ est. actuū. ij. c. Quare hoc festum celebrat a iudeis. & quare a christianis. dicet in phemio septime ptis.

Be secunda feria

Equitur secūda

fieria in qua ostendit q nō tantummō data est lex iudeis. sed etiam gentib⁹. Unde introitus est. Cibauit eos ex adipe frumēti. id est intelligentia spirituali. et ō petra melle. i. melliflua doctrina christi qui est petra. saturauit eos. et hoc babetur in epistola. Aperiēs petrus. actuū. x. ca. in qua habet q adhuc loquente petro descendit spūssanctus. Uel frumentum christꝰ est. cuius adeps est spūssanctꝰ. quo fideles satiant cum spūsancto replent. qui etiam satiantur melle de petra. id ē doctrina de christo p̄cedēte in quo sunt omnes thesauri sapientie & scientie dei. Hic autē ppter pmissiones q̄ibi ꝓtinent ꝓmit quat alla. sic et i feria tercia & sabbo exponet. Be Beitā dictū est in tercia dñica post pascha. Alleluia est Spūs dñi. sap̄. i. c. Aliud alla est. Loqbant actuū. ij. c. Euāgelū vo ioh. iij. c. nō videtur puenire spūsancto. sed ꝓcordat ep̄le. Ibi ei ostendit q nō tantū iudeis. sed etiā gentib⁹ data est lex dicens. Sic deus dilexit mūdum supple nō tantū iudeos. vt filium suū vnigenitum daret. Et postea sequit. Ut omnis q̄ credit in illum nō pereat. Et nota terribile verbum. q qui nō credit in eum iam iudicatus ē. Postea p Bē q hic de dilectōne mentio fit. spiritussanctus qui amor est. satis expmitur. Post cōmunio est. Spiritussanctus. ioh. xiiij. ca. Et est sciendum q p totam banc septimanam i missa sunt solennitates seruande. vt gloria in excelsis. credo. ite missa est. et te deum laudamus. & alleluia. vt baptizatorum saluti congaudeamus. et vt future leticie plenitudinem figuremus. Postremo notandum q dominus non predicauit gentib⁹ ipse. sed apl̄os. Unde. Ite baptizate eos in patris & filij & spūssancti. sic y. saac iunior filio suo nihil p̄cepit ō offerēdo

sibi cibo. vt bñdictionem accipet. sed p opationem rebecce pmatum benedictionis accepit. et q2 hec facta sunt dei occulto iudicō ideo officiuz huius secunde ferie ptinet ad ꝓsilium qđ est donum spūssancti.

De tercia feria

Equitur tercia feria. Et quia spūssanctus nō datur nisi p ministros. ideo in tercia feria dicitur introitus in pſona ꝑlatoꝝ Accipite iocunditatem gloze vestre. Inq quia p geminā dilectionem ad fidem ptingimus trinitatis. ideo q̄nquies cōcinimus alla. z est sensus. Accipite iocunditatez glie id est spūmsanctū qui vos glorificabit z clarificabit. vt quisqz de se dicere possit qđ dicitur in cōmunōe. Spūs qui a patre pcedit ille me clarificabit. Sequit epistola. Cū audissent apostoli. actuū. viij. vbi sequit. Tūc imponebant manus sup illos z accipiebāt spūmsanctum q2 in impositione manꝰ dabant spūmsanctum. Euangelū. ioh. x. c. cōcordat epistole vbi dicit. Qui nō intrat per ostium. zc. Non enim intrat in ecclīam qui nō intrat p eos qui sunt ostiuz scz p christū et apostolos. Hā heretici nō dāt spūmsanctum nisi inquantū conueniunt cū ecclesia Et quoniam apostoli z eoꝝ successoꝝ hereſiarchas in spū fortitudinis sc̄ aggressi z aggrediunt. ideo officiū hodiernū ptinet ad fortitudinem. que est spūssancti donum Rursus spūssanctus ostiarius est. qui per ostium introducit ad patrem. quod etiam in offertorio canitur. Portas celi. id ē apostoloꝝ scriptura aperiet. Postcōmunio est. Spūs qui a patre. ioh. xj. c.

De quarta feria

Equitur quarta feria in qua fiūt ieiunia q̄ttuor temporuz. Apostoli nanqz nobis exemplū ieiunandi hoc tempore reliq̄runt. qui post susceptum spūmsanctum sic mentes auerterant a ceteris mūdi illecebris sic z ab epulaz appetitu. Licet enim q̄zdiu cū illis fuit christus nō ieiunarēt. post ablationem tñ eius spōtaneis se subdidere ieiunijs Sponso enim ablato eis ieiunandum erat. sicut dominus p̄dixerat. quādo spōsus auferetur ab eis tunc ieiunabunt. Unde repleti spiritusancto spōte ieiunare ceperūt. quo circa in p̄cedenti secunda feria quidam estiualem inchoant quadragesimam. Alij vo sanius hodiernum ieiuniuz autumant esse huius temporis quadragesime initiuz. cui quidaz terminū statuunt in festiuitate sancti iohānis siue ser habeat hebdomadas siue non. Tercij festiuitatez sancti iohānis includunt. z eo vsqz ieiunantes sine termino ꝑfixo pcedunt. donec senarium compleant numerꝰ. Hanc quadragesimam pbat hieronimus non eē necessitatis. sed volūtatis dicens. Nos vnam facimus quadragesimaz illi tres quasi tres passi fuerint saluatores. ñ q̄ per totum annum ieiunare non liceat. excepto pentecoste. sed quia aliud est necessitate. aliud voluntate munus offerre. Sed hoc dixit hieronimus contra montanū hereticum. qui apud suos tribus quadragesimis statuit ieiunandum. Et dicit hoc ieiunium estatis. qđ est ieiunium exultationis in quo genua non flectimus. imo cantica leticie dicimus. vt dictum est sub quarta feria tercie hebdomade aduentus. Hoc aūt ieiunium statutuz est ab ecclesia in tali tempore. quia qui in se sentit gratiaz spūssancti. leuiter z cum gaudio ieunat. z etiam quia sup ieunātes descendit spūssanctus visibiliter. Et ideo incipit introitus. Deus cum egredieris in conspectu populi tui zc. Egreditur aūt dominus. quando aliquo signo visibili venit ad auxiliū hoīm. Egressus vo est cum dedit nobis filium suum. qui venit pandēs iter añ nos. vt dicit micheas. Egressus est etiaz p sancti spiritus missionem q̄ visibilit descendit sup aplos. Et q2 per hoc dissipati sunt inimici. ideo sequit versiculus Exurgat deus z dissipentur inimici eius zc Sequit in quibus daz ecclīs lectio de p̄ncipio sapiētie scz Diligite iusticiā q̄ iudicatis terrā. Ubi ostendit qualiter poterit haberi spiritussanctus ibi. Spūssanctus discipline

effugiet fictum. Et in fine dicitur. Spūs domini repleuit orbem terraruz ꝛc. Postmodum sequit epistola. Stans petr⁹ ꝛc. actuū ij. ca. in qua ostendit q̄ super ieiunantes descendit spūssanctus. Et ibi sequitur. Nō enī isti sunt ebrij sicut vos dicitis. cum sit hora tercia diei. sed hoc est qđ dixit dominus per ꝓphetam iohel. Effundam dē spiritu meo sup omnem carnem et ꝓphetabunt filij vestri ꝛ filie vestre ꝛc. In alijs vero ecclijs dicitur ꝑma lectio. Stans petrus. ꝛ postmodū epistola. Per manus aūt. actuuz. v. c. Bene itaqz lectōes leguntur. quia duo populi ad fidem ꝓuertuūt. vel qz ordinandi in vtriusqz testameuti pagina imbuunt. Sequit alla. quia est ieiunium exultationis. vt dictū est Et dicunt quidaz. Pater cū eēm. ioh. xviij. ca. Sequitur euangelium ioh. vj. c. Nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum scz ꝑ spūmsanctum. Et post sequitur. Patres vestri manducauerunt manna et mortui sunt. qui manducat ex hoc pane viuet ineternum. qz egressum est coram christianis manna spūale. sicut ante coram iudeis tempale. sed manducantes corporale mortui sunt. qui vero manducauerit spūale nō morietur morte scz incredulitatis seu gehennali. Unde ptz q̄ eleganter egressus est dñs coram nouo populo qz coram veteri. Cōmunio est. Pacem ꝛc. et est ioh. xviij. ca. Et attende q̄ officiuz huius quarte ferie ꝑdicat sciam. que est donum spūssancti. qui vsqz adeo sanctos illuminat q̄ de quinqz libris moysi paucisqz ꝓphetarum scripturis librorum copia creuit. qđ mistice innuit nobis euāgeliuz de quinqz panib⁹ ꝛ duobus piscibus quod hodie in qbusdam ecclesijs legitur.

De quinta feria

Equitur quinta

feria. q̄ ſm aliquas eccl̄as nō hz introitum ꝓprium. sed qz dominus descendit in die dñica per missionem spūssancti. ꝛ quinta feria ascendit in celum ideo diei dñice et quinte ferie cōmunis est introit⁹. A dominica ergo mutuat. nec habet ꝓprium. vt a sabbato in sabbatū septem dūtaxat sint officia septez donis spūssancti deputata. Quidaz tñ ꝛ huic officio mutuato. nō incōgrue donū ascribunt. hmōi ascriptiones nō a sabbato sed a dñica facere incipientes. In dñica etenim ponūt spūm sapientie. In secūda feria intellect⁹. In tercia ꝓsilij. In quarta fortitudinis. Et in hac qn̄ta spūm scientie. qui dat scrutari ꝓfunda. sicut cātatur in alla. Spūs omnia ꝛc. In quibusdaz vero ecclijs cantatur introitus qui in seqnti dicit feria scz. Repleat os meū laude tua. Alique vero ecclie hñt ꝓprium officiū scz. Deus patrum nostroz da nobis spūm gratie ꝛc. in quo eccl̄a orat filijs dari spūm sanctum ad remissionē peccatoz. ꝛ ad faciēda miracula. Et qz ꝑ spiritum sanctuz fiunt miracula. ideo habet in epistola. Philipp⁹ ꝛc. que est actuū. viij. c. q̄ philippus multos claudos sanauit. et spūs immundos eiecit. ꝛ factum est gaudiū magnū in illa ciuitate scz samarie Et qz per spiritum sanctū omia ista fiunt. ideo sequit euāgelium. luce. ix. ca. Conuocatis iesus. xij. discipulis suis dedit eis ptātem super omnia demonia. Et post Nō feretis virgam neqz perā ꝛc. Que fieri nō possunt nisi spiritussancti abundantia habeatur.

De sexta feria

Exta feria est in

troit⁹. Repleat os meū laude vt possim cātare alla. qz q̄ gaudet ore ꝛ corde pōt ieunare ieunio exultatiōis. Et qz ē dies veneris in q̄ passus ē dñs et dies spūssancti. iō dicit petr⁹ in epla. Apperiens. actuū. ij. c. q̄ in qbusdaz ecclijs legit. q̄ christ⁹ suscitat⁹ est a spūsancto. Unde ibi habet. Suscitauit iesuz solutis doloribus inferni. sicut scriptum est. Non dabis sanctum tuum videre corruptiōem. in quo significata est illa spiritussancti opatio qua sinagoga nūc mortua. pietate resurget post qz plenitudo gentiū ea dē introierit pietate. Idcirco dicat g⁹ B officiū pietatē. Timet et ptinere ad spūm timoris. peo q̄ dr in euangelio. Et

repleti sunt timore ꝛc. In quibusdaꝫ ecclijs legitur lectō. Exultate filie sion. que est iobelus. ij. ca. Et quia per spūm sanctuꝫ fiunt miracula. sequit̄ euangelium Factum est. ! luce v. c. de paralitico sanato. Et quia ꝓpter hoc debet laudari dominus. sequit̄ offertoriuꝫ. Lauda anima mea dominuꝫ. Communio est. Spūs vbi vult spirat. ioh. iij.

De sabbato

⁋ sabbato est introitus. Caritas dei diffusa est in cordib⁹ nostris ad romanos. v. ca. et competit spūsancto qui est caritas et etiam diei sabbati q̄ in sabbato future quietis maxime diffundetur vt qui igniculus est in sion caminus sit in hierusalem. Et seq̄tur versus. Bñe deus salutis mee. in die clamaui et nocte coram te. Ille enim in quo diffusa est spūssancti gratia laudat deum in p. speris ⁊ in aduersis. Sequit̄ epistola. Justificati ꝛc. ad ro. v. c. in qua habet̄ de hutusmodi diffusione. Quia enim caritas dei diffusa est non pmittit eam paulus intra fines terre pmissionis tantū coartari. imo ostendit q̄ nō tantū iudeis verū etiam gentibus datus est spūssanctus dicens ipsis iudeis. Vobis oportebat primuꝫ predicari. Sed quia repulistis verbuꝫ dei ⁊ vos indignos fecistis vite eterne ecce cōuertimur ad gentes. In alijs vero ecclesijs dicitur epistola. Conuenit vniuersa ciuitas ꝛc. actuum. xiij. Quia ergo gentibus datus est spiritussanctus ideo sequit̄ alleluia. Laudate dominū omnes gentes. In hoc enim ieiunio non tacentur cantica leticie ꝓpter reuerentiam festi. nec scōm niceñ. concilium. genua flectimus sed stantes oramus ꝓpter neophitos gaudentes q̄a peccatis surrexerūt In alijs ecclesijs dicitur. Repleti sunt omnes. actuū ij. ca. et spūs domini ornauit celos. iob. xxvj. ca. Postea sequitur euangeliū. Surgens ihesus. luce. iiij. c. de socru petri sanata. que significat synagogam. que sanata est a petro ab infidelitate. ⁊ ꝓfectus per fidem ipsi⁹ sanabitur in futuro. ⁊ sic cōuenit cuꝫ epistola

Sunt autē hac die ordines. q̄ sup ordinandos descendit spūssanctus ⁊ etiā super ieunantes. ⁊ ideo dicunt quattuor lectiones añ lectionē danie. ! put dictum est sub quarta feria tercie hebdomade aduētus. Prima est de ꝓncipio libri sapientie. in qua ostēdit̄ q̄bus dat̄ spūssanct⁹ ⁊ quibus nō. scz illis q̄ sentiūt de dño in bonitate. ⁊ in simplicitate cordis querunt illū. In alijs vō ecclijs pma est de iobele. iij. ca. Effundā de spū meo sup omnez carnē. q̄ sicut spūssanctus sup apostolos descendit visibiliter. ita sup ordinandos descendit inuisibiliter. Scda est. Locutus ē. que ē leui. xxiij. c. Tercia ē. Bixit moyses. que est in deut̄. xxvj. c. Quarta est. Bixit dñs ad moysen. que est leuit̄. xxvj. c. Offertorium est. Intonuit dñs. Postcōmunio vero. Non vos relinquā. de effusione spūssancti loquitur. Potest etiam dici q̄ hoc officium figurat duorum cōcordiam populorū iudei videlicet ⁊ gentilis. Hi sunt duo ceci de quibus dr in euāgelio q̄ sūt illuminati a christo. De qua cōcordia loquit̄ paulus in epistola ad iudeos ⁊ gentiles dicens. Justificati ex fide pacem habeamus ad deum. p dominum nostrum ihesum christum. Sed quia pax aut̄ cōcordia vera nō fit nisi per caritatem. ideo pcanit̄ in introitu. Caritas dei diffusa est. in quo ter ponit̄ alleluia. quoniā ad fidem trinitatis puenitur p obsequia caritatis. Lectiones etiaꝫ ad ieunium ptinentes attestant̄ operationem ⁊ gratiam spiritussancti. vt prima. Effundam de spū meo. Et secūda. Locutus est. vbi dicitur. Numerabitis septem hebdomadas vsqꝫ ad alterā diem expletōnis hebdomade septime. pśentem intelligit festiuitatem. que olim dicebatur festiuitas hebdomadarum. Et q̄ postq̄ gentes intrauerint reliquie saluabuntur ideo nunc flentibus ⁊ sponsum expectantibus dicit dom⁹ in postcōmunione. Nō vos relinquam orphanos. Quia igit̄ hec concordia fiet imminente die iudicij. q̄ etiā electis erit causa timoris. ido hoc officium pertinet ad timorem. vel quia timor introducit caritatem licet caritas foras mittat timorez. Et attende quia secūdū augu-

stinū in ordine istor officior descēdēdo cō putam⁹. In ordine vo paschaliū ascēdēdo q⁹ p hec descēsus spūssācti ad nos. p illa no/ ster ad ipm significat ascēsus. Et caue q⁹ pter pmissa officia ad ieiunium ptinentia que in quarta et in sexta feria et in hoc sabbato ex/ posuimus. alie quidem lectiones 7 euange lia in eisdem diebus inueniunt que forte so lennitati magis appropinquare videtur. ta men hec et illa gratiam spūssancti psonant et opatonem. Unde quidam hodie non in congrue duas missas celebrant. Unam in tercia ō festo cum gloria in excelsis. 7 credo. Aliam in nona de ieiunio sine gloria in ex/ celsis. in qua sunt clerici ordinandi. qui me/ rito i hac hebdomada ordinant. vt spūssan cti dona percipere mereantur. Et memen/ to q⁹ in hac die terminatur quinquagesima et ideo hodie frequentatur et cantatur pro graduali alleluia. nec flectuntur genua. pti net enim ad octauam. Generale quidez est q⁹ quotiens in die de tempore gratie mate/ ria laudis assumitur aut dies ad octauam refertur. genua nō flectimus. sed in oratio/ nibus stantes collataz nobis gratiam 7 cō ferendam gloriaz profitemur. vt cum olim eēmus serui curui. nūc fracto iugo inceda/ mus erecti. vt in dominicis dieb⁹. in sancto rum natalicijs. et paschalibus. inclinare tñ capita possumus vt mulieres deuotas ad monumentum venētes imitemur ꝛc.

De octaua pentecostes

In plerisqz locis in octaua penteco. fit festum san/ cte trinitatis. Postqz enim cele/ brata est festiuitas patris in natiuitate. q⁹ natiuitas dicitur festiuitas patris. 7 postqz celebratum est festum filij in pascha. 7 festū spiritussancti in missione ipsius. merito in octaua pente. fit festum eorū simul. festum scz trinitatis. vt ostendatur q⁹ tres psone sūt vnus deus. Et hec est pma causa quare ce/ lebratur festum trium psonarum diuinar simul. Secunda causa est. q⁹ ad inuocatio/ nem sancte trinitatis datur in baptismo spi ritussanctus vt pmissum est. Tercia causa est vt ostēdat ecclesia filijs suis illum a quo sunt omnia bona cuius habet imaginem. et cuius debet habere similitudinem. videli cet dei 7 sancte trinitatis. quā semp laudare debemus. Et quia tota intētio est laudare ipsum. ideo in quibusdam ecclijs in singu/ lis antiphonis laudum pponit versiculus qui laborem significat. ad ostendendum q⁹ toto labore totoqz nisu debem⁹ nos verte/ re ad laudandum deum 7 sanctam trinita/ tem. Et eodez mō sit in quibusdā ecclesijs in festo beate marie in antiphonis lauduz. p eo q⁹ ipsa se totam vertit in laudez dei. Ūñ tunc in euangelio dicit. Maria autem con seruabat omnia verba hec conferens in cor de suo. Et quia ipsa pulegiata fuit in virgi/ nitate. ipsa enim est virgo virginum. In an tiphonis quoqz de beato laurētio 7 de bea/ to paulo et de beato stephano pponuntur quidaz versus antiphonis ad maiorem la/ borem notandum quē in suis martirijs su/ stinuerunt. Beatus enim laurentius grauio/ us ceteris passus est. Ūñ beat⁹ sixtus dixit ei. Maiora tibi debētur p christi fide certa/ mina. Beatus vero paulus plus ceteris la borauit pdicando. Et beatus stephanus p christi fide pmus martir extitit. Sed in hoc est differentia. quia in nocturnalibus anti/ phonis tantū de beato laurentio pmittun/ tur. q⁹ passio sua de nocte consummata est Unde dixit. Mea nox obscurum nō habet Et iterum. Non est inuēta in me iniquitas Et ita apparet q⁹ totus fuit sacrificium lau/ dis. Unde semp dicebat. Gratias tibi ago domine. Mane vero corpus eius fuit con ditum 7 ideo tantū nocturnalibus 7 nō lau/ dum antiphonis versiculi preponuntur. Rursus quia versus laborem et bom operis fructum significant. put tactum est in p hemino quinte partis. merito in dictorum sanctorum natalicijs specialiter pmittunt antiphonis. ad notandum q⁹ ipsi excellenti us laborez 7 bonorū operum fructus suis natalicijs 7 martirijs pmiserūt. In quibus/ dam tñ ecclijs antiphone de martirio beati petri ppostere pponunt vsiculis. idō q⁹ ipe petijt vt in cruce caput suū ad terraz vteret.

Hi aũt versus trophi vocañ quasi laudes ad antiphonas ꝓuertibiles. Trophos enĩz grece ꝓuersio dicit latine. Quia ergo semp sanctam trinitatem laudare debemus. ido ad missam dicitur introitus. Benedicta sit sancta trinitas. quẽ alcuinus sumpsit ꝺ thobia. xij. Postmodum sequitur epistola de apoc. Vidi ostium apturz in celo. ⁊ in circuitu sedis. id est ecclie que est sedes dñi. mare vitreum. id est baptismuz. in quo summergunt omnes egiptij. id ẽ omnia peccata. Et nota quia dicit mare vitreum ꝓpter corꝓoris fragilitatem ⁊ ꝓspicuitatem quã recipit in baptismo. ⁊ est in circuitu. qz ad ecclesiaz venire non possumus nisi per baptismum Sequit. Simile cristallo. qz qui ꝓus erant aque fluxibiles. fiunt ꝑ grãm in baptismo acceptam firmi sicut cristallus. que fit ex aqua congelata ⁊ diuturno gelu in naturaz lapidis ꝓsolidata. Et hec est vna causa quare in hac die legit hec epla. quia in ea ꝺr de baptismo. in quo ꝑ inuocatiõem trinitatis dant septem dona spũssancti. Scda ratio est. qz in ea inuitamur ad laudes trinitatis. cũ ibi sequit q animalia plena oculis añ et retro. i. ꝑlati dabant gloriã ⁊ honorẽ ⁊ bñdictionẽ sedenti sup thronũ viuẽti in secula seculoꝝ. Sedens aũt sup thronũ est deus trinitas. Añ sequit. Et procidebant. xxiij. seniores in facies suas. mittẽtes coronas añ euz hoc significat q oĩa bona nostra debemus attribuere ei. atz omẽ illꝺ ex quo meremur coronã. Sequit. Et ñ habebãt requem dicẽtia. Sanctꝰ. sctũs. sanctꝰ. Et ido in introitu ⁊ in alijs officijs totiẽs repetit. Bñdicta sit sancta trinitas. Et ꝓpt hoc rñsorum siue eccl̃e gouale qꝺ rñdet epla est. Bñdictus es dñe qui intueris abyssos. daniel. iij. c. Versus est. Bñdicite deuz celi. thobie. xij. c. Et alla. Bñdictus es dñe deꝰ patrũ nostroꝝ. Et offertoriũ. Bñdictꝰ es dñe. Et postcõmunio. Bñdicimus deũ celi ẽ. thobie. xij. c. Euangeliũ est. Erat hõ ex phariseis nichodemus. in q habet de baptismo q in inuocatione sancte trinitatis sanctificat baptizatos In alijs vo ecclijs ꝺr epla. Gaudete pfecti. que ẽ ad corinth. vlt. c. Et in alijs ꝺr. Vidi hostium q est apoc. iiij. Et euãgeliũ. Cũ venerit paclitꝰ ioh. xiiij. c. Sciẽdũ est q historias de sancta trinitate. ⁊ ꝺ inuẽtione sancti stephani ꝓposuit sctus stephanꝰ laudiceñ. Rursum cuz atilia rex q̃ christianos ꝑsecutꝰ est fere oĩa volumĩa christiane religionis destruxisset alcuinꝰ magister karoli ⁊ ludouici filij eius rogatu bonifacij archiepi moguntiñ. mlta de ecclĩasticis officijs ꝓscripsit. Unꝺ et moguntineñ. ꝓcit. aꝑprobãte instituit q a festo pasche vsqz ad dñicam istã tres tantũ dicerent lectiones. et hac die de trinitate cantari vsqz ad dñicam seqntez. ⁊ tũc incipere. Bñe in tua misꝯdia ẽ. ⁊ ꝓposuit officiũ ꝺ trinitate. vicz rñsorum antiphonas missaz ⁊ seqntiaz. que oĩa obtulit alexãdro pape. Ille vo rñdit non eẽ celebrandũ festũ de trinitate sicut nec ꝺ vnitate. Iã singulis diebus fit festum trinitatis ⁊ vnitatis qz semp ꝺr. Glia patri et filio ⁊ spũisancto. Et ꝑmissas historias ⁊ officiũ nõ admisit. Ex supueniente hereti arriana fere fuit fides trinitatis extincta. Qz bylarius eusebiꝰ et ambrosius restituerunt. Consensit igit eadẽ ꝺ cã gregorius magnꝰ. vt de trinitate specialia cantarem⁹ ⁊ ecclias in ipsiꝰ honorẽ edificarem⁹. Exinde ergo est q de historia trinitatis ꝟuenitur varia ꝓsuetudo. Illij nanqz nõ vtunt ea. sequẽtes reprobatiõem alexandri pape. sed in qualibet dñica ab octaua pentecostes vsqz ad aduentũ cantant in nocturnis nonũ responsoriũ de trinitate. nisi festũ aliqꝺ impediat. vt eã ꝓsiteant ꝓ quã saluant. ⁊ in missa cantant alla eã hilariter ꝓsitentes vt dictuz est sub q̃rta pte sub ti. de alla. Illij vo vtunt ea cantãtes eã in hac ꝑma dñica. sequentes ꝑmã institutiõem alcuini. Illij ponũt eaz in fine tpis declinatiõis scz in vltima dñica videlicet añ dnicam de aduentu. seqntes vltimã aꝑprobatiõem gregorij. Romani ergo nunqz celebrãt festũ de trinitate. nec eĩ bas octauas faciũt. Qz in ꝑma dñica post pentecosten incipiunt historiã. Preparate seu deus oĩm. Illij vo celebrãt hodie de octaua scz de spũ sancto ⁊ ponũt eandẽ epl̃am ⁊ ideꝰ qꝺ ꝑdiximus euãgeliũ. ꝓpter baptismatis sacramentum. ceteris obꝺuatis sicut in die

pente. celebrant aũt octauam ad insinuandam pfectionem vel ꝓsummationẽ operũ spũssancti. ꝑ septem enim dies operatõ gratie septiformis. in octaua vo cõsummatio declarat. Et quoniaz octaua redit ad ca put. ideo omnia sicut in die festo. a vespera in vesperaz in ipsis vespis ⁊ in trib⁹ nocturnalibus psalmis obseruãt. De bis octauis dicit augustin⁹. Celebratõem octauaꝝ feriarum noui homines celebramus. Baptismus neophitorũ licet in sabbato pagat ad illum tñ baptismum ptinet quem apostoli susceperũt in die pente. cuius octaua dies ẽ dominica sequẽs. Qui vero ponunt historiam. ꝑ separate. seu deus oĩm. melius faciunt qz romanã sequunt ecclesiam. nostre pegrinatõis recolentes ⁊ pcurrentes historiam. Nã per septuagesimam significam⁹ expulsionem generis humani de patria paradisi. p quadragesimaz seruitutem populi sub pharaone. per pascha immolationem agni. per quadraginta dies paschales q̃draginta annos in deserto. p rogationes terre pmissionis ingressionem. per septem dies pentecostes in q̃b⁹ septẽ dona diuidunt̃ tre date diuisionem. p tempus qõ ab hodie sequitur significamus populi afflictionem ⁊ gubernationẽ factaz p iudices ⁊ reges. idoq̃z legunt̃ quattuor libri regũ. put in sequẽti titulo dicetur.

De prima dominica post pentecostes

Jc dicendum restat de pma dominica post pentecostes. que est vna de principalibus dominicis. Et incipit hic quartum tempus scz pegrinatõis quia sumus in via veniendi ad patriam. Sed quia hostes habemus priusq̃z illuc pueniamus scz carnem mundum ⁊ dyabolum. ideo legitur de libris regum. in quib⁹ agitur de bellis et victoriis. vt inuitemur ad pugnandum fortiter contra hostes vt victoriam habeamus sicut iudei de philisteis. ⁊ tandez gloriemur in celis. qz non est nobis tantũ lucta aduersus carnem sed etiaz aduersus aereas potestates. Un̄ primo dicim⁹ in vespis. Benedictus dñs deꝰ meus ꝛc. Et historia est. Deus oĩm. seu scõm romanos. ꝑ separate. Sed quia bellum sine discretione nõ bene geritur. ideo sequenti tempe subiungunt̃ libri salomonis. Item qz insurgunt vicia. cõtra que necessaria est patiẽtia. ideo subsequent̃ subiungitur historia de iob. Recte ergo inuitamur ad pugnaz. qz postq̃z digni sumus in numero iustorũz haberi p librum numeri tam perlectũ. ⁊ in statu pfectionis p nouaz legez scz p deuteronomiũ in quo habet̃. Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua. et sum⁹ sub iesu per librum iosue. ⁊ sub iudicibus. id est sub prelatis p librum iudicum. ⁊ sumus sine acceptõne psonarum per liburz ruth q̃ fuit moabitis. restat tantũ pugnare. quia tũc magis temptat dyabolus. ⁊ sic ordinant̃ libri regũ in quibus tractat̃ de bellis ipsorum ad alios libros. Et adaptant̃ ei ⁊ alit̃ pme q̃ttuor dñice q̃ttuor libris regũ. put dicet̃ sub q̃rta ⁊ sub septima ⁊ sub decima q̃nta dñicis. Legũtur autẽ in tali tempe. ⁊ post missionez spũssancti. ⁊ post festũ sancte trinitatis. qz quando accipimus gratiã spũssancti. ex tunc sum⁹ similes dõ. ⁊ per hoc filij sumus sũmi regis et per cõsequens sum⁹ reges. Unde in apocalipsi. Fecit nos regnũ ⁊ sacerdotes deo et patri suo ꝛc. Et petr⁹ in canonica. Uos estis genus electũ regale sacerdotiũ ꝛc. Ergo cum sumus reges. ⁊ habeamus aduersarios. nõ restat nisi vt regnũ nostrũ defendamus. qz ex hoc nobis inuidet dyabolus. qz ad illud regnum sum⁹ assumpti. vnde fuit ipse dejectus. ⁊ ideo nobis grauis imminet pugna. Nempe ostendit̃ nobis dauid in exemplum qui vicit p humilitatẽ ⁊ p iocunditatẽ mentis ⁊ vnct⁹ fuit ter. Primo a samuele in bethleem in signũ regni. Secũdo sup domũ iuda in regẽ trib⁹ iuda. a viris iuda i ebron Tercio iterum in ebron. ⁊ in ꝓfirmatõne regni sup totum israel. Similiter nos si bene pugnabim⁹. ter inungemur. Primo in baptismo. i signũ regni. Secũdo in ꝓfirmatõne. Tercio in padiso q̃n regnum nostrũ cõfirmabit̃. Saul etiã nobis ꝓponit̃ i exẽplum

qui p inobedientiã amisit regnũ. Unde nõ simus inobediẽtes sicut ipse fuit. ne perdamus regnũ eternum. Dauid aũt fuit humilis in oĩbus opibus suis. qõ patet. qz cũ luderet coram arca dñi indutus ephot lineo depositis regalibus vestibus despexit eum michol filia saul dicẽs ei. q nudatus fuerat sicut vnus de scurris. Et ille rñdit. Ludaz et vilior fiam ante dñm qui elegit me ẽ. Item qñ venit ad eũ nathan ꝓpheta ꝛ redarguit eum de peccato suo publice penituit. Item iocunditatẽ mentis habuit. et oĩa bona a se facta ad deuz retulit. Uñ de eo cantat ecclesia. Prevalut dauid in philisteũ in funda et lapide in noĩe dñi. Ecce exultatio in deo. Non eĩ ꝓfidebat in se. Funda dauid est ꝓdicatio. p quã fundaz ꝓdicationis ejicit dyabolus de cordibus hoĩm cum p duraz reprehensionez incutitur timor et ꝓcipit penitentia. Lapis vero dura reprhẽsio est. Quia ergo hmõi victoria habetur p humilitatem. ideo ad missam incipit introitus. Domine in tua misericordia speraui. ecce humilitas dauid. exultauit cor meum. ecce mentis iocunditas. p hec duo vincit pugna. Et qz ille solus vincit q̃ nihil sibi sed omnia bona sua deo attribuit ꝛ sperat in eo. ideo bene sequit oratio. Deus in te sperãtium fortitudo ẽ. Postea sequit epistola de caritate. Deus caritas est ẽ. j. ioh. iiij. c. qz per caritatem reges sumus. ꝛ p eam facimus bona opa meritoria regni. p que regnum nostrũ defendimus ꝛ ꝓseruamus. Unde sequit. In hoc apparuit caritas dei ẽ. Et post. Deus caritas est ẽ. Ibi etiam oñditur q diligere debem⁹ deum ꝛ primũ. In euangelio autẽ. Homo q̃dam erat diues. luce. xvj. c. ostendit q non debemus diligere diuitias. p diuitez qui indubat purpura ꝛ bisso et p penaz eius. vt eniz ꝛ ecclesiastici. v. c. qui amat diuitias. fructum nõ capiet ex eis. qui amat scz amore libidinoso. naturali vo vel caritatiuo potest quia diuites cum iusticia et opibus bonis nõ abijcimus. Habetur aũt in euangelio de mendico lazaro. in cuius psona incipit graduale. Ego dixi dñe miserere mei. Et sequit versus de opibus misericorde. Beatus qui intelligit sup egenum ꝛ pauperem. id est intelligit ꝛ ꝓcogitat illud qđ est in egeno ꝛ paupere. scz egestas et pauptas vt ei subueniat. Dicit enim gregorius q debemus eos vocare patronos ꝛ amicos nostros. quia etiã fratres nostri sũt. ꝛ sic facere nobis amicos de mãmona iniquitatis. ꝛ de male aequisitis. vt cum defecerimus p mortem recipiãt nos in eterna tabernacula. Hoc nõ fecit dives ille epulo. et quia in aliquo noluit pauperi subuenire. ideo cum eo districtissime fecit dominus. vt non posset habere guttam aque ad refrigerium lingue. Et ideo sequit alleluia. Deus iudex iustus fortis ꝛ patiẽs ẽ. Postea sequitur offertorium in psona mendici. scz Intende voci orõnis mee. Et qz nõ obliuiscitur deus orationes pauperum Sequitur postcõmunio. Narrabo omia mirabilia tua. psalmuz dicam ẽ. in quibusdam tamẽ ecclijs legitur hodie euangeliuz Estote misericordes. quod est luce. vj. capi.

Et est sciendum q vrbanus papa q̃rtus statuit fieri festuz de corpore christi quinta feria post hanc dominicam. cõcedens magnam indulgentiam tam clericis officiantibus q̃z populis ꝙuenientibus ad diuina put in officio sup hoc ordinato habet.

De secunda dominica

Jctuz est quod

prima causa qua defendimus regnũ nostrum est caritas que dilatatur p ꝓsideratoz eternaz nuptiaz de qbus in apoc. Beat⁹ qui vocat⁹ ẽ ad cenã nuptiaz agni. Unde in hac secunda dñica habetur de hmõi cena in euãgelio. luce. xiiij ca. Homo quidam fecit cenam magnaz et vocauit multos. et misit seruos suos hora cene dicere inuitatis vt venirẽt ẽ. Hora cene est ex quo porta padisi aperta est p ipm Sequit. Et ceperũt omnes se simul excusare. Primus dixit. Uillã emi. ꝛ necesse habeo videre illaz. Secõus dixit. Juga boum emi quinqz. ꝛ eo probare illa. Terciuſ dixit Uxorẽ duxi. ꝛ ideo nõ possum venire. Dominus vo dixit ad seruum suũ. Uade compelle intrare vt domus mea impleat. Adul

tos enim cōpellit intrare per tribulationes Illi ergo qui vocati fuerāt nō venerunt. q̄ auari qui p primū se excusantem. supbi vel gulosi qui p scōm. et luxuriosi qui p terciuz intelligunt̄. hac cena se reddunt indignos. Unde vsus. Villa. boues. vxor. cenaz clausere vocatis. Mundus. cura. caro. celum clausere renatis. Et q̄ in hōc isti se reddūt indignos. ideo dñs alios vocat. Quia vero p ꝯsideratiōem huius cene dilatat̄ caritas et q̄ dñs ptegit habētes caritatem. ideo in cipit introitus. Factus est dñs ptector meus et eduxit me in latitudinē caritatis. Sequitur vsus ō caritate. Diligam te dñe fortitudo mea ꝛc. firmamentū meum ꝛc. In orōne vero petit caritatem. sancti nominis tui ꝛc. In epistola. Nolite mirari. j. ioh. iij. c. habet̄ de vita eterna. p cuius intuitum amor ꝯcipit̄. et sequit̄ in fine de caritate. Filioli nō diligamus verbo neq; lingua. sed ope et veritate. Hec est lingua dolosa. q̄ dicunt amatores mundi. Rogo te habe me excusatum Dicunt etiā bonis et sanctis viris. Rogate p nobis. et tñ venire nō curant. Et attende q̄ p̄mi duo excusant se. Ider p̄mum eniz superbi intelligunt̄. p secundū omnes qui delectant̄ in quinq; sensibus corporis. p terciū vero luxuriosi. qui se nō excusant quia nō habent cor. sicut habet̄ in ozee. iiij. Fornicatio vinum et ebrietas auferunt cor. Magis enim absorbet hoīem fornicatio q̄z superbia vel auaricia. Quia ergo vt dictum est lingua talium excusantiū se. dicitur lingua dolosa. ideo ecclesia a lingua dolosa petit se liberari in responsorio. Ad dñm cū tribularer clamaui. Et in vsu. Dñe libera ꝛc. Et q̄ perfect⁹ est qui nō peccat in lingua. ideo scō tono cantat̄. Ider postmodū sequit̄ alia silr de caritate. Diligam te dñe fortitudo mea ꝛc. Quia vero ꝯsideratione vite eterne ꝯcipit̄ caritas. visa cena petit cōuerti in offertorio Conuertere dñe. Et q̄ ibi cantabimus vocaliter vt ait cassiodorus super psalmista. omnis spūs laudet dñm. nō erit ibi tantuz cena. sed etiā maxima solennitas. Unde in treñ. j. Vie sion lugēt. eo q̄ nō sint qui veniant ad solennitatez. Ideo in post cōmunione p̄mittit se cantaturuz ibi domino dicēs. Cantabo domino qui bona tribuit mihi et psallam ꝛc.

Be dominica tercia

Ercia cā quare

inflamamur ad defendenduz regnuz nostrū. est cōsideratio beniuolentie dei qua nos custodit et diligēter querit. Ideo in euāgelio huius tercie dominice. Erāt appropinquantes. luce. xv. ca. habet̄. Quis ex vobis homo habens centū ones. i. angelos et homies. et si perdierit vnā ex hominem. nōne relinquit nonaginta nouez in deserto. i. in celo. et vadit querere perditam ꝛc. Aut que mulier habēs drachmas decem ex angelos et homines. et perdit vnam. s. hominem in quo imaginē suā depinxerat. nōne accendit lucernā. i. naturā hūanaz. in qua lumen deitatis posuit. vmendo se ei. et querit diligenter donec inueniat. et cū inuenerit conuocat amicos et vicinos dicens eis. Congratulamini mihi q̄ inueni drachmaz quā perdideram. Ita dico vobis gaudiuz est in celis angelis dei super vno pec. pe. a gen. Ecce quanta est beniuolentia dei erga nos Ista beniuolentia accendit in nobis caritatem. Quia vō ad nuptias eternas non intrant supbi neq; luxuriosi neq; auari vt p̄missuz est. ideo introit⁹ huius dominice est. Respice in me ꝛc. et dicit. Vide humilitatez meam ꝓtra supbiam. et laborem meū ꝓtra luxuriā. q̄ inops et pauper sum ego ꝓtra auariciam. Et ppter p̄dicta monet nos petrus ad humilitatē dicens in epistola p̄ma. vl. c. Humiliamini sub potenti mānu dei vt vos exaltet ꝛc. Et post sequit̄ ibi. Sobrij estote et vigilate in orationib⁹ quoniā aduer. v. dy. tā. le. ru. cir. q. quē. de. Et q̄ tantam curā habet domin⁹ de nobis deo in graduali innuitat nos ecclesia dicens. Jacta cogitatū tuū in dño. et ipse te enutriet. Uersus est. Cum clamarem ad dñm ex. vo. meā ꝛc. Alleluia est. Dñe refugiū. Offertorium est. Sperēt in te omnes qui nouerunt te ꝛc. q̄ desperātibus in se habet curam. Quia vō dñs nō inuenit̄ nisi q̄s peniteat. cū vō quis penitet

ad dñm clamat. ideo sequit postcomunio Clamabo. Rursus hoc officiū est de penitente. sicut apparet ex ipsa cōmunione et ex euāgelio. vbi p dauid intelligit quilibet penitens ido etiā dicit. Gaudiū est in celo super vno peccatore pe. agen. ꝛc. et ex introitu et alijs. ideo cantat circa festū iohānis baptiste. qui legitur populum ad penitentiaz puocasse.

De dominica quarta

Parta cā qua

defendimus regnum nostrū sunt opa misericordie. Uñ in euangelio luc. vj. qđ legit in hac quarta dñica in q̄busdam ecclijs dr. Estote misericordes sicut ꝛ pat̄ vester misericors est. Et post sequit. Mensurā bonā ꝛ ꝓfertam. ꝛ coagitatam ꝛ supefluentē dabūt in sinū vestruz. Quia vo ñ potest homo opa misericordie facere nisi ꝑ dus illuminet a do. ido incipit introitus. Dñs illuminatio mea. Et q2 p opa misericordie est ecclia terribilis. vt castroz acies ordinata. sicut dr in cāticis canticoz. seq̄tur ỹsus. Si exurgāt aduersum me castra nō timebit cor meū. ꝛ si exurgat in me ꝓliuz ꝛc. Et postea petit in collecta misericordiaz et grām dandi elemosinas cū dicit. Deprotector in te sperantiū deus ꝛc. In epla vo. Existimo ei ad ro. viij. c. ostendit premiuz vbi dicit aplus. Nō sunt ꝓdigne passiones huius tpis ad futurā gloriaz que reuelabit in nobis. Et post sequit. Et ois creatura ingemiscit. expectās reuelatiōez filioz dei. Et vt hanc gloriā ecclia possit adipisci petit in responsorio venia de peccatis. Propicius esto peccatis nostris dñe. Sequitur alla. In te dñe speraui. q2 in se sperātibus ppicius est. Uñ psalmista. Quoniā in me speranit liberabo eum. Adaptant etiaz iste quattuor p̄cedentes dñice quattuor libris regum sic. In ꝑmo ei libro habet. qđ dauid inuncti fuit. Unde in ꝑma dñica incipit introitus Bñe in misericordia tua speraui. Et in rñsorio habet. Et vnxit me vnctiōe misericordie sue et oleo exultationis. Uñ sequit in introitu. Exultauit cor meum in salutari tuo. Et ita ostendit se vnctū oleo letitie p misericordiaz dei. In sco libro habet qđ liberat fuit ab inimicis ꝛ vnctus bis. vt haberet latitudinez regni. Uñ in secunda dñica incipit introit Factus est dñs protector me. ꝛ eduxit me in latitudinē vt late regnaret. In tercio libro habet qđ mortuus fuit. Uñ in tercia dñica vtit ecclia voce decedētiū dicēs. Respice in me ꝛ miserere mei. ꝛ in ỹsu. In te dñe speraui. In quarto libro habet de ppheus. q̄ illuminati sunt a deo. vt viderent ventura. ꝛ io in quarta dominica dr in introitu. Dominus illuminatio mea.

De dominica. V.

Vinta cā qua de

fendimus et obtinemus regnum nostrū est pax cū inimicis ecclesie ꝛ patientia in aduersis. ad quā inuitat beatus petrus in epla huius q̄nte dñice. Omēs vnanimes. ꝑma pe. iij. c. dicēs. Nō reddentes malū p malo ꝛc. Uñ in euāgelio habet de reti petri. Sz multi sunt q̄ rumpūt rete beati petri. i. ꝓcordiā ꝛ vnitatē fraternam. ꝛ io in ꝑsona tolerantiū incipit introit. Exaudi dñe vocē meaz qua clamaui ad te ꝛc. Uersus est. Dñs illuminatio mea ꝛc. Illuminatus ei a deo saluat ab hostibus. q2 sperat in eo. Deprotor ꝓdicta aūt pace cū inimicis ecclie impetranda orat ecclia in collecta dicens. Da nobis quesum dñe vt ꝛ mundi cursus ꝛc. In aliq̄bus tñ ecclijs dr. Deus q̄ diligentib te. Sequit euāgelū. luc. v. c. Cuz plurime turbe irruerūt in iesum ꝛc. vbi seq̄t Deprector ꝓ totaz noctem laborātes nihil cepim. Tales q̄ laborant in nocte et nihil capiūt sunt qui p̄ tremis ꝓdicāt. Sequitur In vbo aūt tuo laxabo rete. Hoc facit q̄ habet sciaz ꝛ vitā. Tales ei ꝓcludit multitudinem pisciū copiosam. Uñ in principio tot capti sunt boni et mali. q2 rete rumpit. ꝓ qđ significat q̄ ecclie vnitas in hac vita rūpit a quibusdā. Sz post resurrectiōez capti sunt multi. ꝛ tñ nō est scissuz rete ꝓ qđ significantur boni q̄ nō scindunt vnitatē ecclie. Et io in offertorio dicit ecclia se laudare deū. qui q̄ntuz ad bonos filios dedit ei intellectum

vt non rũpat rete.i. vnitatẽ ecclie. Bñdicã dñm q̃ mihi tribuit intellectũ. In cõmunione vo dicit ecclia se optare vnitatẽ ꝛ hãc petere a dño. Vnã inquit petij a dño.licet enĩ plura petat quotidie tñ oꝛ vnũ petere.quia ad vnũ finem.i. ad bñdũ deum oia petẽda petit.Et hoc est qõ ibi sequit. Hanc req̃raz vt inhabitẽ in domo dñi omnibus diebus vite mee.Hoc iõo dicit. q̃ tunc legit parat. id est verba dieꝝ. qui habet eandẽ materiã cum libꝛo regũ.ꝛ significat q̃ qui in diebus suis bñ rexerit se habebit dies eternitatis. Et attende q̃ hoc officiũ cantat circa festũ beatia iacobi qui sicut oꝛ in euangelio. relictis retibus secut⁹ est dñm.ꝛ factus est piscatoꝛ hoim.i.supplantatoꝛ re ꝛ noie vicioꝝ.

De dominica.VI.

Via ueronon valent oia p̃dicta.nisi fiat etiã plena iusticia fidei.et in nouitate vite.ideo in hac sexta dominica legitur scõus liber paralipomenon.vbi habetur q̃ ꝓfortauit dñs salomonez.p qõ significat q̃ dñs spũaliter suos ꝓfortat dando eis fortitudinez.ideo oꝛ in officio huius dñice. Dominus fortitudo plebis sue. et protectoꝛ ꝛc. Uersus est. Ad te dñe leuaui aiam meam q̃ ab ipo est omnis fortitudo. ꝛ tũc bene regimus regnũ nostrũ.qõ marie fit si tendat homo ad pmissiones dei. Unde oꝛ in oõe Deus q̃ diligentibus te bona inuisibilia p̃paraſti ꝛc. In epistola aũt. Quicũ q̃z baptizati sumus ꝛc.ad ro.vj.c.hortat nos paulus vt in nouitate vite ambulemus. aliter enim nihil valent alia. Et vt hoc possim⁹ oꝛat ecclesia in rñsorio. Conuertere dñe aliquãtulus ꝛc. Ille vo qui ambulat in nouitate vite p̃parat se ad laudandũ deuz in pñti ꝛ in futuro. Unde sequit alla. Te decet hymnus de⁹ in sion. Ad hanc oꝛõnem vel pfectõem hortamur in euãgelio matb.v.c. Nisi abundauerit iusticia vestra ꝛc. Et sequitur ibi. Si offers munus tuũ ante altare ꝛc. Et q̃ nõ potest homo hoc facere sine auxilio dei. ideo oꝛat in offertorio. Perfice gressus meos in semitis tuis ꝛc. Et q̃ talis põt offerre. iõo sequit in post cõmunione. Tollite hostias.

De dominica. VII.

Equitur septia dñica i qua leguntur libꝛi salomonis. vt pabole. ecclesiastes. cantica libꝛi sapientie. quẽ philo ꝓposuit et ecclesiasticus quẽ iesus filius sirach edidit. et tñ salomoni attribuit. Hi libꝛi qui sunt de opibus sapiẽtie salomonis.legunt a kalendis augusti vsq̃z ad kalendas septẽbris. q̃a mensis iste calid⁹ est. ꝛ estuz significat vitiorum. in quo nos optet sapient regere sicut in medio nationis praue et puerse. Uel q̃ mensis iste scz augustus sext⁹ est. Un sextil ante augustũ cesarem vocabat ꝛ verus noster salomon in.vj. etate venit qui fecit vtraq̃z vnũ. qui fuit dei vtus ꝛ dei sapientia qui docuit nos sapient viuere ꝛ docere. Hic est christ⁹ rex regũ. qui septẽ panib⁹ et paucis piscib⁹. vt legit in euãgelio hodierno. satiauit eos qui de longe venerãt. ꝛ eum triduo sustinuerãt. Rursus in hac dñica incipit ecclesia pabolas salomonis. Post festũ enim trinitatis legit liber regũ. quoniã homo q̃ trinitatis situtudinẽ habet. fit rex ꝛ sacerdos Un ꝓponunt ei exempla oꝛ regibus ꝛ sacerdotibus. sicut sub p̃ma dñica dictũ est. Postea vo sequunt libꝛi doctrinales. p̃ponunt enim exempla doctrinis. q̃ plus mouet facta q̃z dicta. Actuz p̃mo. Cepit iesus facere ꝛ docere. Et sic ordinant libꝛi ad se inuicẽ vt p̃cedant libꝛi exemplares regu ꝛ paralipomenon. ꝛ sequunt libꝛi doctrinales salomonis. Que doctrina est refectio spũal de qua habet in euãgelio huius.vij. dñice. de hoc dicetur sub dñica.xj.et.xx. Et q̃ huic doctrine bonis opibus rñdere debemus. incipit introitus. Omnes gentes plaudite manibus. Et beat⁹ paulus inuitat nos in epistola ad ro.vj.ca. vt rñdeamus illi doctrine seruiendo deo dicẽs. Humanũ dico ppter infirmitatatẽ carnis vestre. Un ꝛ i quibusdaz ecclijs sequit responsoꝛiũ. Beata gens cui⁹ ẽ dñs de⁹ eoꝝ. i. que deũ habet p dño ei soli seruiendo. Et sequit vsus. Uerbo domini.i.doctrina domini. celi firmati sunt.i.

maiores.sicut apli et alij sancti. Sequit in quibusdā ecclijs alla. Attēdite populemeus legem meā. Lex est illa refectio. Illa autē refectio ostendit in euāgelio mar.viij. Cum turba plurima ꝛc. Et est notandū qbi dicitur q qdam de longe venerūt scz illi qui de peccatis enormib⁹ redierūt ⁊ penituerunt Qui enim in peccato mortali est nō habet quid mādūcet. Erāt aūt quattuormilia scz hōtes quattuor cardinales vtutes. ⁊ comederūt ⁊ satiati sūt. qr lex dñi satiat Et remāserūt vij sporte Septē sporte sūt pdicatores habētes .vij dona spūssancti reficientes alios. In alijs vero ecclijs legit euangelium. Attendite a falsis ppbis. Quia vo habēs hāc doctrinā vidz in qnto piculo sit pstitutus. videt ei se eē in fornace babilonis. ideo in offertorio. Sicut holocaustum ꝛc. daniel. vij.c. petit se liberari. ⁊ vnā voce trū pueroꝝ In postcōmunione vo. Inclina aurē tuaz ꝛc. petit liberatōem accelerari.

De dominica. VIII.

Sequitur octaua dñica. in qua docet nos ecclesia vitare omnē vanitatem. hic enī debet esse effectus doctrine in nobis. qr doctrina docet nos fieri spūales ⁊ remoueri a carnalibus desideris ad similitudinem beate vginis cuius festū instat. Uñ introitus incipit. Suscepimus de⁹ misericordiā tuā. i. filiū tuū iesuz christū nob ex misericordia datuz in medio templi tui. i. in cōmuni ecclia tua scōm nomen tuū deus. deus enīz vbiqz nominat. sic ⁊ laus tua ī fines terre. id ē vbiqz. Templū etiam est beata virgo in qua vere suscepimus dei misericordiam. vnde circa eius festum rōnabiliter pñs cantamus officium cuz sit templū domini ⁊ sacrariū spūssancti Sequit epla ad ro. vij.c. Debitores sumus nō carni. vt fm carnem viuamus ꝛc. in qua docemur cōculcare omnē carnalitatem. et ad ostendendū q hoc possumus sequitur. Nō enim accepistis spūm seruitutis iterū in timore. sz accepistis spūz adoptōis filioꝝ quo gustato desipit omis caro. Sed qr nō possunt hec fieri. nisi dñs ptegat. ideo orat in graduali. Esto mihi in deum ptectorem Rursus qr nō potest habere hec oia. nisi q gaudet in dño. ido sequit alla. Exultate do adiutori nostro. Gaudiū enīz spūale excludit omnē carnalitatē. Quia vo qdam sunt casti ⁊ humiles. sed ficte. ab his docet caueri in euāgelio matth. vij. ca. Attēdite a falsis ppbis. qui ptendunt castitatē ⁊ sunt luxuriosi. Uel ppter humanā laudez sunt casti. sicut fatue vgines. qbus dicit. Amen dico vobis nescio vos. Sz dñs humiles vere saluat. Unde sequit offertorium. Ipopulum humilē saluū facies dñe et oculos superboꝝ humiliabis. Quia vero p delicias spūales omnia ꝛculcam⁹. ideo dr in postcōmunione. Gustate ⁊ videte quoniā suauis est dominus. ꝛc.

De dominica. IX.

Dstmodū sequitur nona dñica. ī qua legit liber sapientie. Sapientia aūt est cogitare de celestibus. et leuare cor ad illa. vñ monet nos ad hoc ⁊ maxime ppter festum assumptōis beate vginis qō instat. qñ scz assumpta est in celuz. Et qr homo se super se leuare nō potest nisi eum dñs trahat. ido dicit in introitu. Ecce de⁹ adiuuat me ⁊ dominus suscepto⁹ est anime mee. i. sursuz capto⁹. Sic enim itur ad celestia. nō passibus corpis sed assimilatione mentis ad deum. in quo vitant omnia mala de qbus sequit in epistola pma ad cor. x.c. Nō sumus ꝛcupiscētes malor ꝛc. Ipostea seqt ibi. Fideles deus qui nō patiet vos temptari supra id qō potestis. sed faciet cū temptatione ꝓuentum vt possitis sustinere. ꝓpus tīmorez incutit dicendo. Qui stare se putat videat ne cadat. In graduali vo qui surrexit rapit redit grās deo dicens. Dñe dominus noster qz admirabile est nomen tuuz in vniuersa terra. Quoniam eleuata est magnificentia tua sup celos scz nō tantū in christo ⁊ beata vgine. i. sup celos materiales ⁊ spūales. verum etiam in sanctis sup celos materiales In euāgelio luce. xvj. monet vt si non possimus p nos volare ad celum. faciamus no

bis amicos de mãmona iniq̃tatis.id est de diuitijs inequaliter possessis dicẽs. Homo q̃dam habebat villicũ ẽ. Homo iste sciuit sic p prudentiã carnis disponere q̃ amot⁹ a villicatõne fuit receptus in domib⁹ dñi ⁊ hoc p iniq̃tatẽ fraudis. Si ergo ille laudat qui p iniq̃tatez fraudis sciuit sibi in futurũ puidere. multo magis laudabit dñs eos q̃ dant elemosinas q̃ est prudentia spũs de qua dicit aplus. Est vita ⁊ pax q̃ homo sibi puidet in futuro. Postea sequit. Quia filij huj⁹ seculi prudẽtiores sunt filijs lucis ĩ generatione sua. i. in his que ptinent ad generatõnẽ suã. i. circa tpalia. Et ego vobis dico vobis facite vobis amicos de mãmona iniq̃tatis vt cũ defecerit is scz moriendo. recipiãt vos in eterna tabernacula que sunt sua. Unde beati paupes spũ quoniã ipsoz est regnuz celoz. Et q̃ nõ tantũ p elemosinas sed etiaz p oratones volamus ad celestia. iõ est alla. Bñe deus salutis mee. in die clamaui ⁊ nocte coram te. Quia vo bec tabernacula per opera iusticie habent. sequit offertoriũ. Justicie dñi recte letificãtes corda ẽ. Quo autem ordine bec fiant ostendit in postcõmunione. Primũ queritе regnũ dei. mat. vj. c.

De dominica. X.

N dominica de

cima legit ecclia sticus qui incipit. Omnis sapiẽtia a dño deo est. Ubi ostendit q̃ nõ solũ sapiẽtia sed etiã omnia bona sunt a deo. ⁊ ideo ab eo solum modo sunt petẽda ⁊ ad euz debem⁹ clamare ⁊ ideo incipit introit⁹. Bũ clamarem ad dñm et audiuit vocem meã. Et q̃ debem⁹ ipm solũ orare. sequit versus. Exaudi deus orõnem meã. Et oratio in q̃busdam ecclijs Dicateãt aures misericordie tue dñe ꝑcib⁹ supplicantium. In qua collecta patet q̃s rogans dignus sit exaudiri. Uñ sequit ibi. Et vt petentib⁹ desiderata ꝛceda. faceos que tibi sunt placita postulare. Et ostẽdit in epistola. Scitis quoniã ẽ. pma ad corinth. xij ca. q̃ oia bona sunt a deo. ⁊ ideo ei sunt exhibende grãy actõnes. Uñ enumeratis oib⁹ donis dic. Hec aũt oia operat vn⁹ atz idẽ spiritus diuidẽs singulis put vult. Sed q̃ bonuz cito amittit q̃ nõ a largiente custodit sicut dicit greg. ideo sequit rñsoriuz. Custodi me dñe vt pupillam oculi. Itẽ q̃ ad illuz ꝓfugere debem⁹ a quo oĩa bona habem⁹ sequit alla. Bñe refugiũ factus es nobis. In alijs ecclijs dz alla. Te decet. Euãgeliuz vo q̃ est in q̃busdam ecclijs. Cũ approprinquaret. luce. xix. c. est de simoniacis. q̃ iniuriantur spũsancto. scz in hoc q̃ vendunt ea q̃ ipse dat gratis. vel ad volũtatẽ suã tribuũt. ac si ab illis eẽnt illa bona. ⁊ nõ a spũsancto Et nota q̃ hoc euãgeliũ in q̃ birlm destructio ꝑdicat in augusto legitur. q̃ pus a nabuchodonosor. postmodũ a romanis in Jherusalem destructa fuisse inuenit. In alijs vero ecclijs legit. Dixit ihesus ad quosdã. Sequitur offertoriũ. Ad te dñe leuaui aiam meã q. d. nõ ad simoniacos. non ad ꝑlatos prauos. nõ ad quosdã fatuos ⁊ simulatos religiosos. qui faciunt se a simplicibus adorari sed ad te a quo oĩa bona sunt. ⁊ q̃ tũc acceptat deus oĩa opera nostra. quando speramus in ipso. ideo sequit postcommunio Acceptabis ẽ.

De dominica. XI.

N undecima do

mnica incipit eccla legere iob q̃ silr est liber exẽplaris. sed ẽ exemplum pfectionis. i. pfecte sapientie que non habet nisi p ꝑdictam refectõnem doctrine spũalis. nam refectio facit spũaliter fortes. ⁊ ideo post libros salomonis legit liber iob In ordine aũt biblie oẽs libri exemplares. scz ruth. iob. thobias. iudith. ⁊ hester. precedunt libros doctrinales salomonis ꝑpter ꝑdictã rõnem. ꝺ quo etiã dicet sub dominica. xv. ⁊ q̃ vnanimitas fac fortes ⁊ patiẽtes sicut fuit iob. ⁊ ꝛcordes sicut fuerũt filij iob qui faciebant conuiuia p domos vnusquisq; in die suo. ideo incipit introit⁹. Deus in loco sancto suo. i. in humilibus. Ysaias. Super quẽ requiescet spũs meus nisi sup humilẽ ⁊ quietuz ⁊ trementẽ sermones meos. Et si deus est cum eis nullus põt eis prevalere. Deus ei habitare facit vni⁹ moris i domo

id est ꝓcordes ⁊ vnanimes. quales fuerunt filij iob. qui dabāt sibimuicez ꝓmedere. Uñ est ỹsus. Exurgat deus et dissipent̄ inimici eius. Quia fortitudo nostra nihil valet nisi dñs nobiscū coopetur. imo ꝑncipaliť operet. In epla. Notū vobis facio euāgeliū. quod ē j. cor. xv. ostendit beat⁹ paulus humilitatē Uñ sequiť ibi. Qui nō sum dignus vocari apl̄us. Et ꝓpter hanc humilitatem raptus fuit vsqz ad tercū celum. In respōsorio qz sequiť vox humilium. In deo sperauit cor meum ⁊ adiutus sum ⁊ in ỹsu. Ad te dñe leuaui aiam meam. Et qz ex tali spe sequitur exultatio. idō in q̄busdam ecclijs ē alleluia Uenite exultemus dño. Euāgeliū ỹo est ō humilitate et ei⁹ effectu. Duo hoīes ascendebāt ℣c. luce. xviij. c. Uñ sequiť. Dixit pharisei⁹ dicebat. Dñe non sum sicut ceteri hoīm ℣c. ecce superbia Sequitur. publicanus dicebat Deus ꝓpicius esto mihi peccatori. ecce humilitas. ⁊ iō abijt iste iustificat⁹ in domum suā ab illo. Quia ỹo humilitatē sequiť exaltatio. qui ei se humiliat exaltabiť. idō sequiť offertoriū. Exaltabo te dñe quoniā suscepisti me. i. sursum cepisti. q. d. Exaltabo te qz exaltasti me. Dost cōmunio est. Honora dominū de tua substātia ℣c. puer. iij. c. Hoc ad litterā facit humilis. dat ei libenť pauperibus ⁊ hoc est honorare dñm. qz ꝑ ꝑcipit vt detur pauperibus. Uel honora dñm ℣c. i. omnia bona tua deo attribue. ⁊ hoc est ꝓprium humilium. Hec postcōmunio ꝓgrue hoc tpe canitur. qñ frugibus horrea ⁊ vino cellaria plena redundāt. quibus deuote dominus honoratur.

De dominica. XII

Undecima dominica est de orōne. ⁊ q̄si exp̄mitur iob orans ⁊ sedens in sterq̄linio ꝓquerendo de falsis amicis. Legiť enī iob in duabus dñicis. Job q̄dem in sterquilinio moraliť est anima in mortali peccato ⁊ fetido. in quo dū residet nō restat nisi orare deum. vt ipsam ab eo eripiat. Uñ incipit introitus. Deus in adiutorū meū intende dñe ad adiuuandū me festina. ꝓfundant⁊ re. qui que. aiam meā. In offertorio autem ostendiť efficacia orōnis. ⁊ totū offertoriū est oratio moysi sumpta ō exo. qñ rogauit ꝓ filijs israel qui fecerūt vitulū ꝓflatilem. et incipit. Dixerat⁹ est moyses in ꝓspectu dñi dei sui ℣c. q̄ moyses seip̄m exposuit ꝓ salute ꝓpli dicens dñe. Aut dimitte eis hāc noxaz aut dele me ℣c. Et reducit ad memoriaz meritā patrū. Memento inquit abraaz ysaac et iacob ℣c. ⁊ placat⁹ factus ē dñs ō malignitate quā dixit facere ꝓpl̄o suo. ⁊ ex hoc ꝓbatur q̄ sanctorū merita nobis ꝓsunt. Et nota q̄ in hoc offertorio fit vbox geminatio. de q̄ dictum est sub scō dñica post epl̄iaz. In epistola. Fiduciam talē habemus p christū ad deuz ij. ad cor. iij. c. ostendit apl̄us q̄ oratio sua ⁊ aliorū bonorū ꝑlatorum noui testamēti maiorem habet efficaciā q̄z habuit in veteri testamento. q̄ etiā moyses orauit cū fiducia. ꝓ filius de meritis patruz. Ez ne videať hoc ex arrogantia facere subdit. Non q̄ sufficientes sumus cogitare aliq̄d a nobis q̄si ex nobis. sed sufficientia nostra ex deo est cui⁹ ministri sumus. In euāgelio vo ostenditur q̄ mltū valet oratio ꝑlatorū. qō ē in quibusdā ecclijs. Dū trāsiret ihesus p medios fines de capoleos adducunt ei surdū et mutū et sanauit eum dñs. Multi sunt surdi q̄ nolūt audire vbum dei. ⁊ multi muti qui nolunt loqui. ⁊ pñt. sic̄ hos debent ꝑlati per ꝓdicationē adducere ad dñm in confessiōe ⁊ oratio saluabit eos. Uñ in ꝑsona surdi ⁊ muti cantať in graduali. Benedicaz dñm in omni tpe Uersus est. In dño laudabiť anima mea. In alla monet ad hāc laudē. Uenite exultem⁹ dño ℣c. De offertorio supra dictū ē. Dost cōmunio vo est. De fructu operū tuorū satiabiť terra. i. ꝓdicatores q̄s dñs replet ꝑ bonis. ⁊ ipsi repleti alios replent. In alijs vero ecclijs de euangeliū. Exiens ihesus de finib⁹ tyri. qō est marci. vij. c. Dixerat aūt dici ꝓ sicardū ep̄m cremonen̄. i mitrali. q̄ salomone mortuo regnū diuidiť. et ideo mensis septembris historia bipartiť. Prima ps in vna historia ꝓsolidať. alia variať. quia regnum iuda in dauid familia stabiliť. sed regnum israel a plurimis occupať. Uñ et historia ō

bis iustis qui gentibus intermixti fuerant ꝓpilat. vt de iob thobia. iudith. et hester. cuz in ꝑma septembris hebdomada legat iob. quē ipse scripsit. cū responsorio. si bona. in se cunda liber thobie. quē ipse ꝓposuit. in ter cia iudith quē achior edidit. in q̄rta hester quē mardocheus vel potius hesdras cōposuit. Sed z liber hesdre post hec opa recitat. Et cum hiscantant respōsoria ꝓpter. a donat. dñe. His tribus ꝓphetauit helyas q̄ gessit typum christi. Sic mortuo ꝓstātino eccl'ia separatur. vna ps est catholica. alia p multa scismata separata. a quibus catholica eccl'ia multa aduersa p dño toleravit. sicut illi q̄z opa hoc tpe legunt. Inter catholicos q̄daz sunt pfecti. quidā impfecti. Perfecti sunt p dicatores ydonei ministri z coopatores dī quod dr in epistola. fiduciam Hi adducūt imperfectos z alienos. surdos z mutos ad gloriam ihesu christi. sicut legitur in euange lio. Vor ita q3 pfectoꝝ est in introitu. Deus in adiutorium meū intende. qui adiutorū dei implorant. vt hereticis valeāt resistere. z eos ad dei grāz adducere. Aut est vox im pfectorum pficientium qui vt pficiant dei implorant auxiliū. In graduali. Benedicā et in alleluia Domine refugium. vox siqui dem est pfectoꝝ gratias agentium ō illis se a psecutione aliquotiens tpantibus. z istis pficientibus. Et q2 moyses fuit vnus eorū qui se obtulerunt p peccatis subditoꝝ. ideo in offertorio cantat. Precatus est moyses Hi perfecti sūt illa terra que satiata fructu operuz domini. donis videlicet spūssancti producit fenum iumentis. id est doctrinā ho minibus. Unde cōmunio est. de fructu ꝛc. Et attēde q2 recte de iob z moyse simul can tatur. quoniaz cōtemperanei reperiuntur per quoꝝ exemplum ad patientiaz et man suetudinem inuitamur.

De dominica. XIII.

Xtredecima do minica legitur liber thobie p quē figuratur genus humanuz cecū factum p peccatum ꝓmi parentis q̄ non potuit sanari nisi amaritudīe passionis q̄ per fel significata est. christus vero p piscez. q2 piscis assus est christus passus. Cecuz q̄ dem erat genus humanuz. q2 habitātibus in regione vmbre mortis lux orta ē eis. Ide tit ergo vt veniat dominꝰ sicut ꝓmisit. Do minica enim ista est de ꝓmissionibꝰ. Unde dicit in introitu. Respice dñe in testamētuz tuum. id est in ꝓmissione tua. vt sicut ꝓmisi sti veniat filiꝰ tuus. Et hoc est q̄d sequitur. Et animas pauperū tuorum ne obliuiscaꝛ ris in finez. Et hoc est q̄d dixit thobias filio suo. Memento fili quoniā paupem vitaz gerimus. habebis multa bona si timueris deum. Unde sequitur oratō. Omnipotēs sempiterne deus ō cuius munere venit ꝛc. et rogat vt possit currere eccl'ia ad veras ꝓ missiones. Epistola est. Hebrae facte sunt ꝓ missiones z semini eius ꝛc. gal. iij. c. vbi agit de ꝓmissionibus. z sequitur ibi. Quid igit lex. dicit apls. si nō potest sanare genus hu manum cecum sicut thobiam. Et sequitur responsio. Lex quidez ꝓpter transgressoꝛes posita est. supple sicut pedagogus. Sequit responsoriū. Respice domine i testamentū tuum. vbi ostenditur vehemēs effectꝰ ora tionis. In alleluia. Quoniaz deus magnꝰ ꝛc. ostenditur quis est qui potest illumina re. In euangelio ostendit q̄ lex nō potest sa nare. z incipit in quibusdam ecclīs. Beati oculi qui vident que vos videtis. multi ꝓ phete z reges vo. vi. ꝛc. luce. x. c. vbi habet q̄ sacerdos z leuita ptransierunt hominē qui incidit in latrones. Sacerdos in quā z leui ta veteris testamēti. sed solus samaritanꝰ. scz christus qui est custos noster ipm sana uit. Et q2 lex nō sanat. quoniā neminem ad pfectionem ducit. sed solus deus in q̄ sperā dum est. ideo sequit offertorium. In te dñe speraui. Quomodo aūt sanauit illū cecuz patet. quia per panem angelorum qui factus est panis hominum. id est per filium dei in carnatum. et ideo sequitur in postcōmuni one. Panem angelorum manducauit ho mo. Alie ecclesie dicunt. Panem de celo ꝛc. sapie. xvj. c.

De dominica.XIIII.

Ndominica de

cima quarta legit liber iudith. et cantatur quo victoria data e in manu femine. ⁊ monet nos ecclia ad sanctimoniā siue ad ꝓtinentiā exemplo iudith Sicut ei iudith interfecit olofernez q̄ interꝑtat eneruans vitulū saginatuz. sic monet ecclia vt interficiamus olofernem. i. dyabolū qui eneruat ⁊ interficit lasciuos mundi. qđ fit p sanctimoniā abscidendo ei caput. Hāc caput dyaboli est luxuria. q̄ quasi ꝑmo dea incipit homines temptare. ⁊ ideo dñs dicit in luca. Sint lumbi vestri ꝑcincti. hoc e ꝑcingatis vos cōtra ꝑmum viciū. Exo. xij. In ꝑmestione agni renes vestros accingetis. Alio tñ modo superbia est initiuz omnis peccati. Quia vo fragiles sumus ⁊ effeminati. vñ interficere nō possumus olofernez nisi adiutorio dei. iō dicit in introitu. Deꝛo tectoꝛ noster aspice deꝰ. ⁊ respice i faciē christi tui Sequit in q̄busdā ecclijs epistola ad gal. v. c. Spiritu ambulate. ⁊ desideria carnis nō ꝑficietis. Caro enim ꝑcupiscit aduersus spūm. et spūs aduersus carnem. Et seq̄tur. Manifesta aūt sūt opa carnis. ⁊ noiat ea. Item alibi dicit. Si ꝑtenditis nōne carnales estis. hoc dicit q̄ cōtendimus de carnalibꝰ. Et post. Fructus aūt spūs sunt longanimitas pax. patientia ꝛc. Deuincere igitur olofernē in nobis ē facere ista duo. Deꝛ hec quoq; vicia interficimus in nobis. q̄ gustamꝰ spūm sanctuz. q̄ gustato delipit omnis caro. Dz q̄ nō potest sanari in nob carnalitas nisi a dño. q̄ est sicut lepꝛa. ido in q̄busdā ecclijs sequit euāgeliū. Dū iret iesus luce. xvij. c. de lepꝛosis q̄ venerūt ad dñm. ⁊ dixit eis. Ite ⁊ oñdite vos sacerdotibꝰ ipsis tñ ꝑius sanatis. Deꝛ qđ significat q̄ ꝑius peccatoꝛ a dño sanat. ⁊ postea iniūgit ei penitentia a sacerdote ⁊ absoluit. qđ significatum est p hoc q̄ discipuli dñi institas lazari soluerunt ⁊ tñ ꝑus erat ipse resuscitatꝰ a domino. Redist aūt vnus ad eū flexis genibꝰ grās agens. p qđ significat q̄ vnitas eccle reddit grās deo. Hñ vnus sanabat in piscina iob. iiij. Et ideo in rñsonsorio in gratiarum actōnes dicit ecclia. Bonuz est cōfiteri dño. Et etiam in alla. qđ est in q̄busdaz ecclesijs. Confitemini dño ⁊ inuocate nomen eius. ⁊ q̄ hoc nō sufficit nisi ⁊ dñs nos custodiat ideo sequit in offertorio. Immittit angelus dñi in circuitu timentiū eū. q̄ custodit nos dñs per angelos. Sequit gustate ⁊ videte. Quid aūt gustare debemꝰ ostendit in postcōmunione scz panem q̄ saginat aiam non corpus. Hñ est offertoriū in q̄busdā ecclijs Psalmis quē ego dedero caro mea est ꝓ seculi vita.

De dominica.XV.

Dminica quīde

cima habet eā dē intentōz cū ꝑcedenti. ⁊ ideo in q̄busdā ecclijs in his duabꝰ dñicis legit liber iudith. Et introitus est. Inclina aurē tuaz dñe. Uersus est. Letifica animam serui tui. quoniaz ad te leuaui aiam meam. q. d. non ad carnalia desideria. In epistola que est ad galathas. vj. ca. monet nos vt nō simus vitulus saginatus sed simus spūales. Unde dicit ibi paulus. Si spiritu viuimus spiritu et ambulemus. q̄ qui seminat in spū de spiritu metet vitam eternam. qui vero in carne de carne metet coꝛruptōem. Sequit responsorium Bonum est ꝓfidere in domino. q̄z cōfidere in homine. qui dat victoriā in manu femie q̄ facit boiez vicere in carne. Et q̄ ꝫ facit qui ꝓparat coꝛ suum ad seruiendum deo. Sequit alleluia. Deꝛaratum coꝛ meum deus ꝛc. In euangelio. Nemo potest duobus dñis seruire. qđ est matꝫ. vj. c. docemur ne seruiamꝰ ventri. Et post. Nolite soliciti eē dicentes. Quid manducabimus aut quid bibemus ꝛc. Sed ꝑmū querite regnū dei ꝛc Nolite soliciti eē scz solicitudine suffocationis. solicitudine aūt puidentie soliciti eē debetis. In offertorio vero monemur vt fugiamus dño nō ventri. Expectans expectaui dominum vt reficeret me. Quis autem sit ille cibus quo debet anima refici. ostendit in postcōmunione que est in quibusdam ecclijs. Qui manducat meā carnē p fidem

scz. Nā vt dicit aug⁹. Crede ⁊ mā ducaſti ꝛc Queriť aūt quare eccl̄ia p⁹ libros ſalomonis legit libꝝ iob. ⁊ poſtea librum thobie et iudith. cū alio mō ordinēť in biblia. Sicut enim dictū eſt ſub ſeptima dñica p̄cedūt libri exemplares. ⁊ poſtea doctrinales. q⁹ magis mouent facta q̄z dicta. ⁊ ad vltimuz ponunť libri machabeoꝝ. qui ſunt libri exemplares. Ad qō dicimus q⁹ p doctrinaz pueniť ad pfectōnem patientie que magis fuit in iob. Et iñ poſtea ſequiť thobias. q⁹ etiaz magnū patientie ſignuz fuit in thobia. qui amiſit multa. ⁊ filiuz ad t̄pus. ⁊ oculos qui maxime ab homine diliguntť. ex eo q⁹ oculi ſunt p̄ncipiuz ꝓgnitionis ad quā natus eſt homo. Et q⁹ etiā plus valet exemplū femie ⁊ magis erubeſcentiā incutit. ideo liber iudith in quo habeť de victoria in manu feie poſt p̄dictos ab eccl̄a ordinať. Vltimo vō libri machabeoꝝ leguntť. quia ibi habeť exemplum de ꝓfirmatione iuſticie. Machabei enim paſſi ſunt martirium p lege defendenda et cuſtodienda ab antiocho fidei inimico.

De dominica. XVI.

N decimaſexta dñica legit ⁊ cantat eccl̄ia ō machabeis. vt diceť in ſequēti titulo. qui multa paſſi ſunt ab antiocho ⁊ ſeptē ꝑſis. Et ibi habeť q⁹ templū qō pollutuz fuerat ab illis ꝑſis. ab iſtis machabeis purificatum fuit. ⁊ p hoc ſignificať q⁹ anima que templū dei eſt. polluta a ſeptez capitalibus vicijs nō poteſt mūdari niſi purificeť a peccato. qō eſt eam reſuſcitare ō morte peccati Uñ habeť in euāgelio de reſuſcitatōne filij vidue. Et ideo incipit introitus. Miſerere mei dñe ſcz vt reſuſcites me. Verſus eſt. Inclina domine aurem tuā. In epiſtola vero aꝑſus inuitat nos ad patientiā dicens. Obſecro vos ne deficiatis in tribulationib⁹ ꝛc. que eſt ad epℏ. vj. c. Sic enim vincunť inimici a machabeis. i. a ſanctis. Seqť graduale Timebūt gentes. q⁹ ſicut poſtq̄z illi vicerūt inimicos ſuos et mūdauerunt templum ⁊ reedificauerunt timuerūt gentes in circuitu. ſic ⁊ poſtq̄z hō vicerit dyabolum. et mūdauerit ſe per cōfeſſionem. ⁊ reedificauerit templum dei in ſe. timent demones. Uñ ſequiť verſus. Quoniā edificauit dominus ſion. Sed q⁹ nō poteſt fieri niſi a dño q⁹ homo liberetur a vicijs. ideo ſequitur alla. Redemptōem miſit dominus populo ſuo ꝛc. Euangeliū eſt in quibuſdam eccl̄ijs. Ibat ieſus in ciuitatem que vocatur naim ꝛc. luce. vij. c. Et poſt. Acceſſit ieſus ⁊ tetigit loculum ⁊ dixit. Adoleſcēs tibi dico ſurge ⁊ ſurrexit. ⁊ dedit illum matri ſue. Nempe tāgit dominus loculum vbi erat mortu⁹. qñ in firmitate vel aliquo flagello tangit corpus hominis in quo iacet mortuus ſpūs hominis. i. anima. ⁊ ſic excitatur a ſomno mortis Unde eccl̄i. xxxj. Infirmitas grauis ſobriā reddit animam. Sequiť offertoriuz quaſi in voce machabeoꝝ. Domine in auxilium meum reſpice. Sequitur poſtcommunio Domine memorabor iuſticie tue ſoli⁹. Iuſticie inquaz. q⁹ omnis qui venit ad te non eiſcietur foras. Poteſt ⁊ aliter dici q⁹ ioſia defuncto hieruſalem deſtruiť. populus captiuatur et premitur. ideoq⁹ in hoc menſe octobri machabeoꝝ hiſtoria legitur. ⁊ cantatur. Ad aperiat ꝛc. quia a ſuis aduerſarijſ admodum p̄mebantur. quorum primam partez ſimon pontifex edidit. aliaz filius ei⁹ iobānes. poſteriorez quidam iudeus agreſtis ſed eruditus. Hi captiui militantez deſignant eccleſiam. in qua ſunt duces ⁊ fatellites doctores ⁊ diſcipuli. perfecti ⁊ imperfecti. Doctores vidua ſignificat euangelica. que vidua eſt. quia militās cum ſponſo triumphanti nō eſt. cuius filius moritur cuz diſcipuli p quouis crimie ab eccleſie corpore ſeparāt̄ur. reſuſcitanť cum illis gratia infunditur. Hec igitur orat in euangelio pro filij reſuſcitatione. id eſt gratie infuſione. et hortatur in epiſtola ne deficiant in tribulationibus. et huius rei gratia flectit genua ſua. Hec eadem orat in introitu. Miſerere Et in offertorio. Domine. Graduale reſpicit ad id quod in euāgelio dicitur. Accepit aūt oēs timor. Poſtcōio. Bñe mēorabor. grāz eſt actio. Vel hic mēſis octobris vt q⁹

dam aiunt designat octauã. Sicut ergo iu dei finitis plꝰis. ⁊ templo restaurato ĩ hymnis ⁊ ꝓfessionibus dño benedicebant. sic in octaua magne festiuitatis sancti festiuius exultabunt.

De dominica. XVII.

N dominica decima septima agitur ō nuptijs eternis. qꝛ ꝓsideratōne nuptiarum illaꝝ libenter patimur tribulatōnes. sicut ⁊ machabei fecerūt. Sūt aūt quattuor dñice in q̄bus agit ecclia ō machabeis. Cōsideratio enim illa tribulatōnes leues facit et ꝓpter illas nuptias pena quelibꝫ leuiter sustinet. De his nuptijs ōꝛ in euangelio qō hac die in quibusdā ecclijs legit. Cum inuitatus fueris ad nuptias recumbe in nouissimo loco ⁊c. Omnes inuitati sumꝰ ad nuptias eternas. ⁊ si in nouissimo loco nos ponimus hic vt simus humiles. exaltabimur in paradiso ⁊ econtra. Uñ statim subiungit. Ego autē dico vobis qꝛ omnis q̄ se exaltat humiliabit. ⁊ qui se humiliat exaltabitur ⁊c. Uñ incipit introitus. Justus es dñe sꝫ in hoc iudicio. ⁊ rectū iudiciū tuū. Hunc enim iudicio ꝓcorꝺat ecclia seu ꝓsentit quō deus exaltat humiles ⁊ supbos depmit dicēs. Justus es dñe ⁊c. In epla. Obsecro vos que ē ad epß. iiij. c. inuitat nos ad humilitatem vt dicat nobis. Amice ascende supius. Ubi ōꝛ vt digne. i. in humilitate ambuletis vocatōne qua vocati estis sꝫ ad nuptias. Hoc est ei nouissimū locuꝫ tenere. Ad ß idē monet in graduali. Beata gens cuꝰ est dominus deus eoꝝ. Supbi faciunt se dños. humiliū vō deus est dñs. Uñ versus est. Uerbo dñi celi. i. humiles. firmati. i. magnificati sū. Bebemus ergo esse humiles. qꝛ nihil habemꝰ nisi a dō. ⁊ ideo sequit in q̄busdā ecclijs alla Qui timet deū speret in eum. q. d. non in se Postea sequit euangeliuꝫ de nuptijs sicut dictum est. In alijs vō ecclijs legit. Cum intraret ihesus in domū. luce. xiiij. c. Notāduꝫ aūt q̄ anteq̄ꝫ in ipso euangelio dicat de nuptijs. habet quō sanauit ydꝛopicum. ꝑ quē intelligit omnis amatoꝛ mundi. Dꝛaus ei optet q̄ sitis mūdi satietur. qꝛ qui biberit ex aqua sitiet iteꝝ. ioh. iiij. q̄ꝫ diu enī homo erit ydꝛopicus. in illis nuptijs nō poterit satiari. In offertoꝛio similiter inuitamur ad humilitateꝫ. Uñ ibi habet oratio danielis. Oꝛatui deū meum ⁊c. danielis. ix. c. Et ꝓpter hanc humilitatē meruit audire archangelū qui certificauit eū de incarnatione christi. Satis aūt ꝓgrue fit ibi mentio de angelo. quoniam hoc officiū circa dedicatōeꝫ beati michaelis cātat. In postcōmunione habetur de humilibus ⁊ supbis. Uouete et reddite domino deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera. i. humiles q̄ attribuitis oīa bona deo terribili ⁊ ei qui aufert spiritum ꝓncipum. i. supbiam eoꝝ. Ecce quia supbos humiliat.

De quarta feria quattuoꝛ temporꝫ

N quarta feria legit euangeliū. Rñdēs vnus de turba. math. ix. c. de surdo et muto. quē apli curare nō poterāt. eo q̄ illō genus demonij nō ejcit nisi in oꝛōne ⁊ ieiunio. qō bene huic diei cōuenit. hodie nanq̄ ieiunū est quattuoꝛ temporꝫ. Jō due lectiones legunt vt oꝛdinādi in duob⁹ ꝓceptis caritatis. vel duab⁹ legib⁹ instruant. Prima de calcatoꝛe vue sꝫ Ecce dies. amos. ix. in fine. tempi ꝓuenit. Scda vicꝫ. Cōgregatus. neemie. viij. c. ꝓgruit oꝛdinandis. q̄bus ōꝛ in introitu. Exultate deo. q̄ meditari promittūt ĩ offertoꝛio. Meditabor. Cōmunio est Comedite pīguia. ⁊ sumit de lectōe scda

De sexta feria

Erie sexte officium pnīaꝫ exꝑmit oꝛdinandoꝝ. Uñ in euāgelio. Factū est. pcta palitico dimittunt. ⁊ in lectōe. Conuertere. oꝛee. vl. c. ad ꝓuersatōꝝ instruunt. ⁊ in introitu. Letet. ad querendū dñm inuitant. Graduale ⁊ postcōmunio sunt oratōnes electorum. offerenda ꝓsolatio eoꝝundeꝫ. In alijs tñ ecclijs dicit euangelium. Rogabat ihesū luce. vij. ca.

De sabbato quattuor temporū

Abbati quoqz

officium ad doctrinā ipsorum ordinandorū fit ne sint steriles vt fici arbor infructuosa. de qua loquit euā gelius. Arborē fici ꝛc. luce. xiij. c. ne vita illorum sit frenis implicata. sicut mulier incurvata. In epla vero. Tabernaculū factū ē ꝛc. que est ad heb. ix. c. vbi de pmo et secundo agit tabernaculo monent vt sic seruiant in tabernaculis ecclie militantis vt dño psentent in tabernaculo triumphātis. In lectionibus vero quasi hoc septēbris ieiunium indicit causa institutiōis ꝛ eius vtilitas intimatur. quaꝝ prima est. Decimo die. leui. xxiij. c. Secūda est. Quito decimo die que est ibidem. Tercia est. Domine deus noster. michee. vl. c. Quarta est. Factus est verbum. zacharie. viij. c. Quinta est. Angelus domini. danielis. ij. c. Cetera sunt ordinandorum exhortatōnes oratōnes ꝛ psolatōnes. Cōmunio scz Mense septimo de leuitici lectione sumit. Merito autē in hoc mense fit clericorū ordinatio quoniā ꝛ in hoc mense fiebat tabernaculorū celebratio. Ordinati vero sunt ecclie ministri in dei tabernaculo p septiformem gratiā in septem gradibus pstituti. Unde et beatus petrus legit ordinationem fecisse in septembri ser. episcoporuz decem pbiteroruz ꝛ septem dyaconorum. Et celebrat ordinatō in tercia hebdomada qr in tpe tercio scz gratie fuit ab aplis instituta. Olim tn alia rō fuit a sapientibus assignata. Ma oli instituta fuere ieiunia in prima hebdomada marcij. in scda iunij. in tercia septēbris. in qrta decēbris vt comitarentur initia tesseredecadis iesu christi. Cum enim qs ordinat qdammō vt christo attineat generat. Prima ergo psona pme tesseredecadis est abraam a q̄ sumit ordinatio pme hebdomade marcij. Prima psona secunde tesseredecadis est dauid a q̄ sumitur ordinatio scde septimāe iunij. Initiū tercie est ieconia a quo sumit ordinatio tercie septimane septēbris. Demū est christus in qrto loco a quo sumit ordinatio quarte septimane decēbris. Sumunt aūt potius ab his psonis qz ab alijs ordinatōes vel qr fuerūt in genealogia maiores vel ppter nōīm int̄ptationes. Dicit enim abraā pater multaꝝ gentiū. dauid fortis. ieconia pparatio dñi. Sic ꝛ illi qui ordinant debēt ee patres. fortes. pparati ad euāgelū iesuchristi Ut sic a psona in psonā sunt quattuordeciz generationes. sic ab ordinatōne in ordinationem septimane q̄tuordecim inueniunt vt ordinandi periti sint ꝛ decalogi ꝛ in euangelij disciplina. Hūc aūt ieiunia ex causis pmissis alit ordinant vt dictuz est sub qrta feria tercie hebdomade aduētus. Et memento q apostolici vsqz ad simpliciuz papā in decēbri semp ordines celebrabāt. vt ordinandos coaptarēt generatōi iesu christi. Simplicius vo addidit ordines in februario tribuendos vt ordinādos vicinius incorporet corpi iesu christi. vide de hoc in pbemio. ij. ptis. Hz si vt pmissum est. ieiunia pstituta sunt in pdictis septimanis pbis qui ad ordinatōem accedunt. nūquid pmutari pnt q̄n nullus tūc ordinat. certe non nisi necessitate vrgēte. de q̄ in pbemio scde ptis dictuz est. Cū enim sit vna ecclia oīno debet in actionibus ei esse pcordia que nō eēt si in tam generali ieiunio. alij pranderent. alij ieiunarēt. Preterea licet alicubi nō fiat ordinatō fit tn alibi. p q̄bus ieiunare ꝛ orare debem vt digni ad ordinatiōes pueniant. Omnes enim fratres ꝛ vnanimes in domo domini sumus.

De dominica. XVIII.

Dictuz est in pce

denti dñica q debz homo se ponere in nouissimo loco. vt ponat in pmo. sicut sunt plati. Un in hac decima octaua dominica agitur de platis qui sunt in pmo loco. Un euangelium est in q̄busdam ecclijs. Sup cathedram moysi ꝛc. Introitus vero qui sumit ecclīastici. xxxvj. c. incipit. Da pacem domine sustinentibus te vt prophete tui. id est prelati fideles inueniantur. supplendū est. non infideles sicut scribe ꝛ pharisei. Uersus est. Letat sum in bis

que dicta sũt mihi in domũ dñi ibimus .id est ibimus ad nuptias.⁊ de hoc letatus sum q⁹ inuitati sumus ad nuptias.in q̃bus erit eterna pax. In alijs vero ecclesijs ỹsus est. Bonum est. Pdreterea scpserunt quidam q⁹ ideo dicit ipse introitus.q⁹ tali die zacharias papa fecit pacem cũ longobardis. In epistola apostolus agit gratias ō ephesijs q⁹ habent fidem verã de istis nuptijs dicẽs Gratias ago sempdeo meo p vobis ꝛc.prima ad cor.j.c. In responsorio vero. Letat⁹ sum ꝛc.ostendit gaudiũ de p̃dictis nuptijs et ideo ppter p̃dictas nuptias in alla. Laudate dñm omnes gentes. hortat ad laudez Euangelium in q̃busdam ecclesijs. Accesserunt ad iesum.qō est matħ.xxij.c.est ō scribis ⁊ pharisei qui infideles fuerũt. Unde temptauerunt dñm dicẽtes. Qō est mandatum magnũ in lege.Dixit dñs.Diliges dñm deum tuũ ꝛc.Et postea reprehendit eos de infidelitate.q⁹ non credebãt ipsum deuz esse dicens.Quid vobis videt de christo cuius filius sit.Dicunt ei.Dauid.Et dixit eis Quomō ergo dauid in spiritu vocat eum dñm dicens. Dixit dominus dño meo se. a dex.meis ꝛc. Pdrelati nō debent esse tales scz infideles.sed sicut moyses de quo habet in offertorio. Sanctificauit moyses altare dño ꝛc.debẽt p̃lati offerre se totos in incẽsũ ⁊ postea in multas hostias. Uñ sequit post cõmunio. Tollite hostias. loquitur enim de p̃latis.

Be dominica.XIX

Ec decĩanona

dñica rñdet precedẽti in qua dictũ est.Da pacem dñe sustinentib⁹ te vt ppbete tui.i.p̃lati fideles inueniant. Respondet in quã si faciant qō habetur in euãgelio qō legit in hac dñica in quibusdã ecclijs scz.Ascendens iesus ꝛc. qō est matħ.ix.c. In quo habet q⁹ adduxerunt ad dñm paliticũ. Jesus aũt videns fidẽ illoruz qui offerebãt ꝛc. Paralitici sũt q̃ in delicijs carnis sunt.q̃ ita dissoluti sunt q⁹ nō possũt opa bona facere ⁊ merito fidei platoz sanãtur. ⁊ ideo bonũ est habere bonos p̃latos. Quidaz aũt de scribis dixerũt intra se.Hic blasphemat.quis est q̃ peccata dimittit. Jesus aũt videns cogitationes eoz dixit. Ut sciatis q⁹ filius hominis habet pt̃atem in terra dimittẽdi peccata.dixit paltico. Tolle grabatũ tuũ ⁊ ambula. Et q⁹ solus deus est qui sanat palasim. ideo incipit introit⁹. Salus pp̃li ego sum ꝛc. Uersus est. Attẽde pop̃le me⁹ legẽ meã.subaudi p quã sanãtur paltici. In epistola monet ap̃lus paltiticos vt erigant cor paliter a paralisi ad bõa opa dicẽs. Renouamini spũ mẽtis vestre. et induite nouũ hominem ꝛc.eph.iiij.c. Sequit etiã graduale in voce paralitici. Dirigatur oratō mea sicut incensuz ꝛc. Uersus est. Eleuatio manuũ mea⁹ ꝛc.iam iste leuatur ad bona opa. Alleluia vō dicit in voce paltici sanati scz Dextera dñi fecit vtutem subaudi q⁹ sanauit me. Sed q⁹ non sufficit sanare nisi dñs custodiat sequit offertoriũ Si ambulauero in medio tribulatiois ꝛc. vbicunqz enĩ ambulãt sanati a dño. custodit eos q̃ntum in se est.

Be dominica.XX.

N dominica ui

cesima incipit eccl̃a legere.xij.p pbetas.⁊ danielem. ⁊ cantat de ysaia daniele ⁊ hieremia.nō tñ legit ō ysaia ⁊ hieremia.q⁹ in alijs tp̃ibus plenius leguntur Be ysaia eĩ legit in aduentu.de hieremia in passione. Querit aũt q̃re legit eccl̃ia pphetas post librum machabeoz cũ in biblia p̃ponãt. Ad qō dicim⁹ q⁹ biblia p̃ponit oẽs libros exemplares. eo q⁹ magis mouent exempla q̃z doctrina. p̃ter librum machabeoz quẽ vltimo ponit. ⁊ ppter pfectã iusticiam et ppter tp̃us.q⁹ vltimo tpe fuerunt. Eccl̃ia etiam legit vltimo librum ezechiel.q⁹ in eo agit de tẽplo celesti in quo est p̃summatio et finis omnium. Duodecim vero prophetas legit ppter fundamentuz fidei. qō semper necessariuz est quantũcunqz homo sit pfectus.⁊ vide qō dictuz est sub dñica decima q̃nta. Incipit g⁹ eccl̃ia legere ezechielez in p̃ncipio nouembris. In matutinali huius dominice officio p̃mum responsoriuz

est in quibusdam ecclesijs de ysaia scilicet Vidi dominum sedentē super solū excelsū Vidit enim ysaias quomodo ante thronū dei sunt angeli ⁊ sancti in ecclesia trūphante ⁊ militante. in quibus p gratiam sedet ille qui est prim⁹ ⁊ nouissimus. Quia ergo ezechiel vidit templum celeste in quo fiunt nuptie eterne. ideo in euangelio misse. quod in quibusdam ecclesijs in hac dominica dicit. et est matħ. xxij. ca. habetur de illis nuptijs. Simile ē regnū celoꝝ homini regi qui fecit nuptias. ⁊ misit seruos suos hora cene dicere inuitatis. omia parata sunt. venite ad nuptias. Illi vero cōtempserunt venire ad nuptias. Hi sunt iudei qui contempserunt venire. Et misit tunc seruos suos dicens. Ite ad exitus viarum et conuocate omnes. Et implete sunt nuptie discūbentiuꝫ. Et vidit rex quendam nō habentem vestem nuptialem. ⁊ dixit ei. Amice quomō huc intrasti. nō habens vestem nuptialem. ⁊ tradidit eū ministris suis vt ptscerent eum in tenebras exteriores. Huic autem iudicio quo dominus eos qui contempserunt venire ad nuptias amouit a nuptijs. ⁊ alios omnes vocauit congaudet ecclesia in introitu dicens Omnia que fecisti nobis domine ī vero iudicio fecisti In epistola vō monet apostol⁹ vt caute ambulemus ad has nuptias. quia sine veste nuptiali ptscimur in tenebras exteriores dicens. Videte autem quomodo caute ambuletis ⁊c. que est epħ. v. ca. Et dissuadet econtrario dicens. Et nolite inebriari vino. in quo est luxuria ne sitis ī nuptijs dyaboli. sed impleamini spiritusancto. Ez quia cibum illarum nuptiarum nō potest dare nisi solus de⁹. ideo sequitur in responsorio. Oculi oīm in te sperant domine. ⁊ tu das escam illorum. id est cibum nuptiaruꝫ eternarum in tempore oportuno. Et quia de nuptijs illis nō potest ꝯmedere qui est in peccato mortali. sequitur in quibusdam ecclesijs alleluia. De ꝓfundis. id est de peccato. clamaui ad te dñe vt me eruas de peccato. ⁊ ita peto nuptijs interesse. In offertorio vero ostēditur quid sit interesse nuptijs scz habere memoriā de eternis dicens. Super flumina babilonis. s. delicias seculi illic sedimus ⁊ fleuimus dum recordaremur tui sion. id est tui o ecclesia triumphās. In post cōmunione vero petit vt detur ei interesse nuptijs illis dicens. Memento vbi tui sermo tuo. in quo mihi spem dedisti ⁊c. q. d. memor esto quia promisisti. Qui enim promittit ⁊ non dat. videt esse oblitus. Et nota q tres nuptie leguntur in euāgelio. De primis dicitur. q similē est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Hic filius ē christus qui humanam naturā sibi copulauit vbi fuit thalamus virginis. Unde tāq sponsus procedens de thalamo suo Ad has nuptias homines sub lege per prophetas inuitauit. De secundis dicitur. Uos similes hominibus expectantibus dominū suum quādo reuertatur a nuptijs. Hic dominus christus est verus homo qui ascendens angelicam naturā sibi copulauit. Ad has nuptias gentes per apostolos conuocauit. De tercijs vō dicitur. Virgines que pparate erant. intrauerunt cum eo ad nuptias. Hic sponsus est christus qui eccl̄am post iudicium sibi copulabit. ⁊ in thalamo glorificabit. Ad has per p̄latos ecclie quotidie inuitamur. De primis solēnizat ecclesia in christi natiuitate. de secundis in ascensione. de tercijs in resurrectione. quoniam in nostra resurrectione christus sponsaz assumet ⁊ de babilonia mundi introducet in cellarium paradisi. De quibus nuptijs hic potest intelligi. Cum enim intrasset homo nō bñs vestē nuptialē. eject⁹ est in tenebras exteriores. ceteri nuptialiter induti sunt cum dño epulati. Hi sunt lapides viuiex q̄bus edificant muri hierl̄m. Ad hoc etiā aliter dici. q post reuersionem a captiuitate hierl̄m reedificat. ⁊ templū restaurat p zachariā ⁊ aggeum beda ⁊ malachiā p quos aduentus dñi p̄nunciat. ideoqz in hoc mēse nouembri vsqz ad aduētū dñi cantat historia ō pphetis. Vidi dñz. ⁊ legunt libri ezechiel. daniel. ⁊ xij. pphetaꝝ. Captiuitas illa corpal nrām spūalē sigficat. a captiuitate reuersio ē pcionū remissio. Rex itaqz pphetaꝝ volens supnā hierl̄m restaurare filio nuptias celebrauit.

Et sicut in euāgelio legīt multos ad celeste prandiū inuitauit. Hi qui intrauerūt sunt lapides viui. de q̄bus p̄missum est. Ne igit̄ ad captiuitatē sil̄ez reuertamur. ⁊ a nuptijs excludamur monet nos paulus ī epistola p̄cedenti. Videte q̄o caute ambuletis nō quasi insipientes. sed vt sapientes. Introit⁹ Omnia que fecisti. vox est danielis captiuitatez p̄teritā recolentis. ⁊ eā suis meritis dī iudicio ascribentis. Silr in offertorio. Super flumina babilonis. captiuitatē illā ploramus. Sed in graduali. Oculi omnium. grās agim⁹ In postcōmunione. Memento verbi. postulam⁹ vt nuptias p̄missas in spe. p̄cipiamus in re.

De dominica. XXI

In p̄cedenti dominica instructi sumus ⁊ āmoniti vt caute eam⁹ ad nuptias q̄ celebrant̄ in tēplo q̄ō descp̄sit ezechiel Sz q⁊ de bis nuptijs maxīe iuidet nobis dyabol⁹ p eo q⁹ de illis electus fuit. ideo in hac. xxj. dñica agit ecclīa de bello p̄tra dyabolum et de armatura nostra p̄tra eū. Si enī pugnauerimus intererim⁹ eēnis nuptijs. si tñ habuerimus vestē nuptialē. que est caritas aliter nō. Unde q⁊ canis ⁊ ciliciū sunt arma penitentie. ideo in introitu vtit̄ ecclīa voce mardochei in cilicio ⁊ cinere existentis dicēs de eo. In volūtate tua dñe vniuersa sunt posita. ⁊ nō est qui resistat voluntati tue. hester. xiij. ca. Sequit̄. Quoniā dñs vniuersorum tu es. ⁊ ideo beati qui tibi seruiūt. q⁊ tu liberas eos de manu dyaboli et adiuuas eos in bello cōtra dyabolum sicut in hac oratione liberasti mardocheū ō manu amā. ⁊ suspēsus est in patibulo q̄ō pauerat mardocheo In epl̄a monet apl̄s armari p̄tra dyabolū armatura dei dicēs. Confortamini in dño ⁊ in potentia vtutis eius ⁊c. que est ad ephe. vj. c. Et post. Quoniā nō est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē. sz aduersus spūalia nequicie in celestibus in oībus sumentes scutū fidei ⁊c. Sed q⁊ et bñ armati non p̄nt p se resistere nisi deus adiuuet. seq̄tur. Bñe refugium factus es nobis ⁊c. q⁊ si lassamur vel sautiamur in hoc bello nō est refugiū nisi ad ip̄m. Unde sequit̄ in quibusdam ecclesijs alīa. Lauda anima mea dñm Quia vo sauciati in hoc bello non sanant nisi a dño ⁊ multi ab eo sanant̄. ideo in q̄busdam ecclīs sequitur euangeliū de sanatione filij reguli. Erat quidam regulus cuius filius infirmabat ⁊c. q̄ō est iob. iiij. ca. Per istum regulū intelligunt reges sez p̄lati. q⁊ reges sunt. ⁊ debent eē humiles. ⁊ ita sunt reguli. vnde exaudiunt̄. licet habeant paruam fidem p̄ sanatione filioz. Credebat enīz iste regulus q⁹ dñs poterat sanare filiuz suum. sed nō credebat q⁹ eēt deus. q⁊ credebat q⁹ nō posset sanare nisi pñs. Humilitas ergo valde necessaria est p̄latis. Quia vero p patiaz maxīe vincit dyabolus. p̄ponit̄ in offertorio iob in exempluz. Unde in sapiētia. Melior est patiens viro forti ⁊ qui dominat̄ animo suo expugnatore vrbiū. Et incipit. Vir erat in terra bus noīe iob ⁊c. In versib⁹ autē huius offertorij fit sepe verboz repetitio. de q̄ dictum est sub dñica secūda post octauam ephie. Sz q⁊ nihil valz patientia nisi homo speret in dño. sequit̄ postcōmunio. In salutare tuū aīa mea sperauit ⁊c. q⁊ spes patientiam operat̄.

De dominica. XXII.

Factus est quod nullus pōt interesse eternis nuptijs nisi habeat vestē nuptialē que est caritas. ⁊ ideo in hac viceſima secunda dñica monemur ⁊ inuitamur ad habendam caritatē. nō vt tantū bene faciam⁹ p̄rimo. sed etiā dimittamus iniurias nobis ab eo factas. Unū in quibusdā ecclīs euāgeliū est de seruo qui debebat decēmilia talenta. cū quo posuit dñs rationez. ⁊ ille dixit. Patientiā habe in me ⁊ omnia reddā tibi. ⁊ miserius dñs eius dimisit eum ⁊ debitū dimisit ei ⁊c. ⁊ incipit. Simile est regnū celoz homini regi qui voluit rationē ponere cuz seruis suis. q⁹ est matb. xviij. c. Siquidem in die iudicij ponet dñs rōnez nobiscū ⁊ nllus poterit p̄putare cū eo. q⁊ de tpe q̄o reddet bō rationē q⁹ tā bonū est q⁹ in quolibet mo

mento eius potest homo fieri filius dei. Et ideo incipit introit⁹. Si iniq̃tates obseruaueris dñe, dñe quis sustinebit. q. d. nullus. Et hoc est. Patientiam habe in me. Et sequitur ỹsus. De pfundis clamaui ad te domine ꝛc. In epl'a. Confidimus ꝛc. ad phil'. c. j. inuitat nos apl'us ad pfectam caritatez vt dimittamus fratri vt deus dimittat nobis. q̃ sicut habet in fine euãgelij. Sic ⁊ pater meus celestis faciet vob̃. si ñ remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Dicit igit̃ apl'us in epistola. Fratres confidimus. i. confidentiam talẽ habemus. Et postea sequitur. Obsecro aũt vos vt caritas vestra magis ac magis abundet. vt sitis sinceres et sine offensa. Et tũc est vnitas in ecclia' qñ nõ offendimus ppter iniurias sed dimittim⁹. Dñ sequit̃ responsorium. Ecce q̃ bonum et q̃ iocundũ habitare fratres in vnuz. Quoniã illos qui ira scunt̃ seruat dñs p caritatem dũ penitent. ideo sequit̃ all'a. Qui sanat ptritos corde ⁊ alligat ptritiones eorũ In pmisso vo euangelio monemur ad pfectam caritatez. vt caute ambulemus ad nuptias cum veste nuptiali. Et q̃ pfecta caritas nõ tantũ impendit beneficia ⁊ dimittit iniurias. sed etiam orat p inimicis. ido sequitur in offertorio oratio hester ad assuerum regem qui interpt̃at beatitudo. i. ad christũ et incipit Recordare dñe ꝛc. hester. xuij. c. in quo offertorio rogat p reconciliatõne peccatoz. Et q̃ de hac reconciliatione gaudẽt angeli. sequit̃ in q̃busdã ecclijs postcõmunio. Dico vobis ꝛc. luc̃. xv. c.

De dominica. XXIII.

uis pasche et ascensionis ⁊ natalis. dictum
est in vj. pte sub ti. de pascha. Licet aūt regu
lariter in octauis festiuitatum fiat in missa
officium sicut in ipsis festiuitatibus. p eo q̄
octaua ea dē dies cū ipo festo censeī. hoc tñ
fallit īī octauis ap̄lor petri ⁊ pauli in q̄b⁹ dr
officiū de martirib⁹. Licet eī vna ⁊ ea dē die
ambo passi fuerint nō tñ eodē die dō vtroqz
in ecclia solennizaī. put sub eor festo diceī.
ideoqz vtriusqz officiū nequit īī octaua fieri
cum vnā diez dūtaxat ambo habeāt. p octa
ua. optuit ergo q̄ in eor octaua aliq̄ō com
mune officiū inuenireī. ⁊ iō q̄ eor marti
rium maxime fuit meriti officiuz dr de mar
tiribus. q̄z uis et de vtriusqz p̄cipuis actib⁹
mentio in ipso officio habeaī. Fallit etiaz ℔
in octauis beati laurētij. in q̄ tria precipue
valde cōmendabilia fuerunt. vicz pietas in
elemosinis. firma stabilitas in fidei ꝓfessio
ne. ⁊ martirū speciale. De p̄mo agit̄ in vigi
lia. de scdo in festo. ⁊ ideo de tercio agi opor
tuit īī octaua. Uer licet ecclīastica officia
ab aduentu dñi q̄ō est tempus renouatio
nis inchoari in pbemio. vj. ptis diximus
in hac tñ pte simplicius incedentes kalen
darium p̄sequemur a mēse ianuarij. inchoa
ando. de aliq̄bus anni festiuitatib⁹ seriatiz
aliqua specialia apponētes. vicz. De san
ctis fabiano ⁊ sebastiano. De scta agne
te. De ꝓuersione sancti pauli De san
cto iuliano. De sācta agatha. De pu
rificatione beate marie De cathedra san
cti petri. De annūciatione beate marie.
De sanctis philippo ⁊ iacobo. De in
uentione sancte crucis. De reuelatione
sancti michaelis. De sanctis gerualio et
pthasio. De sancto iohāne bap. De
sāctis petro ⁊ paulo. De maria magde

lena. De festo septem fratrū. De sancto iacobo apl̄o. De septem dormiētib⁹

Ad vincula sancti petri. De machabeis. De inuētiōe sancti stephani De transfiguratione dñi. De sancto laurentio De assumptione beate marie De sancto bartholomeo De decollatōe scī iohānis. De sanctis felice ⁊ audacto. De natiuitate beate marie. De exaltatōne sancte crucis. De sācto matheo apl̄o

De sanctis mauricio ⁊ socijs suis. De beato luca. De simone ⁊ iuda. De festo oīm sanctoꝝ. De officio mortuoꝝ.

De sanctis q̄ttuor coronatis. De sancto martino. De sancto andrea. De sancto nicolao De venerabili beda p̄sbytero. De sācto thoma apl̄o. De festis sanctoꝝ stephani. iohānis euāgeliste. et innocentum. De apostolis. De euāgelistis. De martiribus. De p̄fessorib⁹.

De virginibus. De officio festi dedicationis ecclie.

De sanctis fabiano sebastiano

N festo beatorū

fabiani ⁊ sebastiani duplex collecta in q̄busdam ecclijs in missa dicit̄ ⁊ insolito more vtraq; vno p dñm nostrum terminat̄. Tuz q; ipso vnico dei filio iesu christo mediante ambo ad palmā martirij puenerunt. Tum etiā q; licet diuersis passi fuerint tp̄ibus. ecclia tñ ppter ingētia vtriusq; merita vtriq; p̄cipue ⁊ p̄cipaliter solennizat ⁊ vtranq; collectam vno eodemq; fine concludit.

De sancta agnete

Estū beate agnetis caret octauis

sc; institutōis habet tñ octauā alterius negocij significatōis vt iam dictū est in ꝓhemio Q̄d ergo dr̄ in kalendario agnetis scd̄o. nō dicat̄ ppt̄ hoc q; illō sit festū octauaꝝ eius dez nec in eccl̄ia pnūciat̄ nec in kalendario scribit̄ octaua. sed est alia solennitas de eadem repetita. ppter miraculū q̄dam q̄ octaua die post eius obitū ꝓtigit ad tumulū illius parentib⁹ suis ploꝝantibus. Intelligit̄ ergo agnetis scd̄o sc; festo. Uñ melius diceretur scd̄o agnetis. De hoc etiā dictū est sub q̄rta p̄te sub simbolo. Quia vo p̄fecti filius eam adamauit. id̄o recte in eius festo cantat̄ introitus. Mē expectauerunt peccatores ⁊c.

De conuersione sancti pauli

Onuersio sancti

pauli apl̄i facta est eodē anno q̄ christus passus ē ⁊ stephan⁹ lapidatus āno q̄dē nō naturali sed emergenti. Nam christus passus est octauo kalendas ap̄lis. stephanus eodē anno tercio die augusti lapidat⁹ est. Paulus vo viij. kal̄. februarij ꝓuersus est. Eius aūt ꝓuersio potius q̄z aliorꝝ sanctoꝝ celebrat̄ triplici rōne. Primo ppter exemplū. ne quisq; quantūcunq; peccator desperet de venia. q̄n tantū in culpa cōspicit postmodū talem fuisse ingratia. Scd̄o ppter gaudiū. sicut eī ecclesia magnū habuit tristiciaz in eius p̄secutione ita maximā habuit leticiā de eius ꝓuersione. Tercio ppter miraculum q̄d dñs in eo oñdit. dū de seuissimo p̄secutore fecit fidelissimū p̄dicatorē. In p̄ festo dr̄ ep̄la. Paulus adhuc. q̄ ē act. ix. ca. Et euāgelium. Dixit simon petrus ad iesum. q̄d est mathei. xix. ca. Dicit̄ ⁊ ad horas cap̄lm. Erat q̄dā discipulus. act. ix. c.

De sancto iuliano

Ulian⁹ iste cui⁹

festū fit. v. kl̄. februarij. fuit ep̄s cenomanen̄. q̄ simon ille fuisse dicitur. quē dñs a lepra mūdauit et q̄ deuz ad ꝓximū inuitauit. Hic etiaz dr̄ esse ille iulianus q̄ ab itinerantibus p̄nuenientē do⁹ no hospitō inuocat̄ eo q; in domo eius fuit dñs hospitatus. Alij dicūt q; ille est qui patrem ⁊ matrē occidit. de quo sequit̄. Fuit q̄z et alius iulian⁹ de alemania. qui desiderio martirij se vltro p̄sequētib⁹ offerebat. Uñ crispinus ꝓsularis iussit eum occidi. Quod ipse iulianus audiens statim foras p̄siluit ⁊ querentis ponte intrepidus se opponens p̄tinus ictū ferentis excepit. Fuit insup aliꝰ

iulianus frater beati iuliani q̄ templa ydo lorū p̄missu theodosij impatoris vna cum fratre destruebat. ad cuius vbū hō viuus sup plaustrum mortuū se fingēs mortuus est. Fuit etiaz quart⁹ iulian⁹ qui vtrūqz pa rentē nescius occidit. sed post multā pnīaz sub specie mendici leprosi recepit in domo sua angelū. a quo audire meruit. q̄ dñs suā pnīam acceptasset. Fuit etiā q̄ntus iulian⁹ nō sanct⁹ sed apostota sceleratissim⁹. Iste primo ei monach⁹ fuit. deinde impatorz roma nus. vt dicet sub festo inuētionis scte crucis

De sancta agatha

Eata agatha p⁹ multa tormēta in carcere mor tua est. ad cui⁹ caput in tumu lo posita est visibiliē tabula p angeli mīste rium. in qua scriptū erat. Mentē sanctam spontaneā. bonorē deo. z patrie liberatiōez ideoqz p̄suetudo inoleuit. cum tabula eius imaginē p̄tinente fieri p̄cessionem.

De purificatione beate marie virginis

Nter cūctos san ctos gloriosa dei genitrix virgo semp maria p̄matū obtinet. vt pote que ē sanctis dignior z excellentior vni uersis. in cui⁹ honorē eccl̄ia in q̄ttuor annu tpibus q̄ttuor solēnes celebrat festiuitates. vidz annūciationē. assumptōem. natiuitatē et purificatōem. Omni ei tpe ipsam in me moria habere debem⁹ que oī tpe ad filium suū p nobis peccatorib⁹ intercedit. quaruz due sunt sibi z dño nostro cōmunes. scz pu rificatio z annūciatio. Hec autē q̄ttuor festi uitates fiūt p̄m q̄ttuor bñdictiones que in ipius vginis salutatōe p̄tinent. Prima est Aue maria grā plena. q̄ p̄me festiuitati cō petit scz annūciatōni. qñ vidz ea angelus sa lutauit. et de spū sancto p̄cepit facta grā ple na. Secda est dñs tecum. que p̄petit assum ptioni. qñ vidz assumpta est in celū. q̄ tunc fuit cum dño suo. i. filio vt est dñs. ante eniz nō viderat eū dñm ita manifeste in se. Ter cia bñdictio est. bñdicta tu in mulieribus q̄ p̄petit natiuitati. q̄ tunc nata est mulier in vtero sanctificata. nulla eniz alia mlier fuit in vtero sanctificata. z ideo dicta est castruz ppt̄ singl'aritatē. q̄ nūq̄z ōmōes castrū illō fregerūt. Quarta bñdictio ē. bñdictus fru ctus ventris tui. que p̄gruit quarte festiuita ti scz purificationi. q̄ tunc obtulit illū bene dictū fructū in templo. Quidā etiā faciunt q̄ntum festū. scz de p̄ceptiōe beate marie di centes q̄ sicut celebrat de morte sanctoz. nō ppter mortem. sed q̄ tūc recepti sunt in nu ptijs eternis. sic̄ pōt celebrari festū de cōce ptione. nō q̄ sit p̄cepta. q̄ in peccatō est cō cepta. sed q̄ mater dñi est p̄cepta. asserentes hoc fuisse reuelatū cuidā abbati in naufra gio p̄stituto. qō tñ nō est autenticuz. vñ nō est ap̄probandū ei p̄cepta fuerit in peccato scz p̄cubitū maris z femine. Ueruntñ licz fuerit cōcepta in peccato dimissuz est ei illō originale pcm. et sanctificata fuit in vtero. sicut z hieremias. z sanct⁹ iohānes bap. q̄re merito natiuitas eius z beati iohānis bap. celebrant. natiuitas dico ex vtero. q̄ñ vicz in lucem seu in mūdū p̄dierūt. Sed natiuitas eorum in vtero scz q̄ñ infuse sunt anime in corpibus eorum nō celebrat. vt p̄missuz est Sextum etiā festum est festiuitas parētis scz festum natalis. Sed quoniā tunc est eti am simul festū filij qō plenum exigit offici um. ideo non solennizat de illa vsqz in octa uas. tūc vero solennizat. sicut iam dictuz est in phemio. Septimū quoqz festū est beate marie ad martires. de quo sub festo omniū sanctoz dicet. Quia vero festū purificatōis p̄m huius septime ptis diuisionē in ordine tpis alia festa vginis p̄cedit. idcirco hic de illo dicam⁹. Est aūt hodie duplex festuz. pri mum quo ad partū qō dr festuz ypapanti. id est obuiatio. q̄ in illa solennitate anna p phetissa z symeon obuiauerūt beate marie venienti filiū suum christū in templuz offer re. ypapantos ei grece dr obuiatō latine. ab ypo qō est ire. z anti qō est ptra. qui aduen tus dñi in templū significat aduentū ei⁹ in eccl̄iam z in mentē cuiuslibz fidelis anime que est templū spūale. Hunc aduentum p̄ dixit dñs p malachiaz pphetā. iij. Ecce ego

mitto angelū meū ⁊ ꝓparabit viam ante faciem meā ⁊ statiz veniet ad templū sanctū suum ⁊c. Vel dr ypapanti. i. pñtatio. ex eo q̄ christ⁹ in templū est pñtatus. Scōm q̄ ad parientē. et dr festū purificatōnis. q̄ beata ỽgo licet purificatiōe nō indigeret. nec legi purificationis obnoxia teneret. q̄ nllo mō immūda fuit. nec pepit ꝓcepto semie. tñ voluit facere ſm p̄ceptū legis. Dicit ei leuit. xij Mulier si suscepto semine peperit masculum immunda erit septē dieb⁹. Immūda quidem erat a ꝓsortio hoīm ⁊ ab ingressu templi. expletis vo septē dieb⁹ mūda efficiebat quo ad ꝓsortū hoīm. adhuc tñ vsq3 ad diē. xxxij. q̄ ad templi ingressuz immūda erat. donec purgaret iuxta ritū menstrui fluxꝰ. Sz ꝓpletis. xl. diebus. die q̄dragesima templuz intrabat. et puer cum muneribꝰ offerebat. Si aūt fetiam pepulsset tpus duplicabat. et q̄ ad ꝓsortium ⁊ quo ad ingressum. sicut ⁊ duplicat quo ad corpis formatōnez. Nam in q̄draginta dieb⁹ corpus masculi organizat et pficit et in q̄dragesima aīa infundit vt sepius. Corpꝰ vero fetie in octoginta diebus pficit et in octogesima aīa inspirat vt sepius Sic ergo si masculū peperat q̄draginta. si fetiam octoginta dieb⁹ a die natiuitatis ptꝰ a templi arcebat ingressu. Hodie tñ statim ingredi nō phibet ne sibi pena in culpā vertat. Verū tñ mulier dū sentit sibi immunere dolores ptꝰ nō intret eccliaz vel saltē caueat ne polluat illā. Sacerdos aūt mulierē vicinam ptui sepe moneat q̄ ꝓfiteat. ita q̄ cum dolor ptus vrgebit eā sit ꝑata accipe eucharistiā. Nā inhonestū est q̄ tpe ptus pbiter diu cū ea moret. Est āt triplex rō q̄re p̄cepit dñs die q̄dragesimo puerꝝ in templū offerri Primo ad notandū q̄ sicut die q̄dragesimo in materiale templū ducit. sic i q̄dragesimo die a ꝓceptione vt sepius aīma infundit in corpus tanq̄z in suū templū. put in hystoria scolastica dr. q̄zuis phisici dicant q̄ in q̄dragesimo sexto die corpus pficit. Scōo vt aīa que in die q̄dragesima corpi infusa ab ipso corpe maculat. in die q̄dragesima templuz ingrediens p hostias expiet. Tercio ad insinuādū q̄ illi merent celeste templū ingredi qui decē p̄cepta decalogi cū fide quattuor euāgelistaꝝ obſuauerint. Transactis ergo purificatiōis dieb⁹ piens ingrediebat templuz offerēs filiū vel filiā et munera. ꝑ se scz ꝑ peccato pullū colūbe siue turturē. ꝑ filio vo vel filia offerebat agnū anniculū in holocaustū. que agnū habere neqbat offerebat duos turtures aut duos pullos colūbarū alterꝝ in holocaustuz ꝑ ptu. alterꝝ vo ꝑ se scz ꝑ peto suo. Vñ in euangelio dr. Vt offerrent par turturꝝ aut ⁊c. ſm legis ꝓsuetudinē. i. sic lex exigere videbat. Mulieres igit in ꝟ beata ỽginē imitant. cū in q̄busdā locis post ptum trāsactus q̄draginta dieb⁹ eccliam ingrediunt significātes q̄ si ỽginē ipsaz fuerit imitate post vitā pñtem ingredient cuz ea eīnam. Celebrat ergo hoc festū die q̄dragesima a natiuitate dñi. q̄ beata ỽgo die q̄dragesima a natiuitate christi ad tēplum veniens ipm ſm legē pñtauit Rursus hoc festū seq̄t pꝰ festiuitates natal' dñi. circūcisionis. et epĥie. rōne misterij. sicut etiā rōe misterij voluit dñs in templū pñtari. Et ꝟ duplicit. Primū misteriū est. Nascit enī ꝓmo deus p fidē in hoīe. ⁊ sequit circūcisio. q̄ q̄n fides est in hoīe purificat homo. Vñ in actibus. Fide purificās corda eoꝝ. Qui vo hñt bonā fidez relinquūt oīa mala opa. et tunc apparet deꝰ. sed tūc faciēda ē pnia vt in nob maneat sic in tēplo suo. ⁊ tūc fit ibi oblatō ⁊ offert ei par turturū. i. mūdicia mētis ⁊ coꝝporis. q̄ nō pōt fieri nisi in iugi luctu. sicut turtur gemit ꝑ cantu. ⁊ duos pullos columbaꝝ. i. geminā simplicitatē. Scōm misteriū. q̄ in tēplum venit in hac die vt notetur aduētus eiꝰ ad mentē cuiuslibz fidelis. siue in eccliaz in quā semp patꝰ est intrare. Vñ in introitu dr. Suscepimꝰ deus misericordiam tuā in medio templi tui. q̄ christ⁹ est lignū vite in medio paradisi patus equaliter oīb⁹ subuenire ⁊ bona sua largiri. ſm nomen tuum deus. ita ⁊ laus tua deus ⁊c. q. d. Sicut creasti oēs et recreasti. ita ⁊ laudandꝰ es p totū mōm. Hoc etiam expositū est in. vj. pte sub octaua dñica post pente. Vt aūt veniat in mentē nostrā hortat eccla filios suos vt occurrant ei. Vñ dicit in ꝓncipio matutinalis

officij scz in inuitatorio Ecce venit ad tēplū sanctū suū dñator dñs. gaude et letare sion occurrēs deo tuo. s. p fidem z bona opa. Et ppter hoc festū istud dr ypapanti. i. obuiatio. qz si volum⁹ q ille veniat in mētem nrāz accipiam⁹ in mentē nrām et⁹ sīlitudinem. Uñ dicit in rñsorio p̄mo. Adorna thalamuz tuū sion scz vtutib⁹. purifica te et suscipe scz vtutes. z sic veniet in te. Epla Vo est. Ecce ego mitto angelū. q̄ est malach. c. vl. z euāgeliū. Postq̄z impleti sunt dies. luc. ij. c. z postcō munio. Rñsuz accepit simeon. luce. ij. c. Et nota q tpe iustiniani imperatoris fuit magna mortalitas apō pstātinopolz. z iō tūc pstituta ē solennitas purificatōis marie in reuerentiaz eius ob causas p̄missas. Solet aūt queri cū adhuc pullulēt infinite bereses quō sit verz. qō in nouo responsorio dr scz q beata vgo oēs bereses interemit. Ad qō dicimus q hoc fecit quantuz in se fuit. qz ipsa ostendit eū visibilē qui inuisibilis fuit. Primo ei non poterat inueniri. quoniā q̄dam ip̄m querebāt in delicijs carnis. q̄dam in diuitijs. q̄daz in libris pphoz z nō erat ibi. Uñ in canticis. Quesiui z ñ inueni eū. Modo vero nō potest aliqs errare in via nisi velit. Unō manifeste habet in ysa. Hec est recta via. vt etiam stultus nō erret p eam. Et que erit illa via. Ecce dabo in sion salutem et in hierl'm gloriam meaz. Dicit hodie ca. Ecce ego mitto. mala. iij. c. et illō. Eradicaui. eccl'. xxxij. z illud. Quasi cedrus. qō est ibidez. Fit aūt hac die. pcessio generalis. que significat pcessionē illā. quā beata virgō et ioseph ad templuz fecerunt. Qui in pcessione añ cancellos cantāt rñsuz accepit zc. significāt prophetas natiuitatē dñi et miscōiam p̄nunciantes. Melodia rñdentium est gaudium hanc dei misericordiā suscipientiū. Tenentes igit candelas in manibus dicam⁹. Suscepim⁹ deus miscōiaz tuā zc. Qō vero cantat in ipsa pcessione. et in euāgelio. Accepit eū simeon in vlnas suas. oñdit q debemus eū nō tantū corde sed etiā in brachijs portare. Uñ in canticis. Ponē me vt signaculū sup brachium tuū z vt sigillū sup cor tuū. et ad Cor. Empti enim estis p̄cio magno glorificate z portate deum in corpe vestro. Debemus ergo q̄dem portare. nō tantū deitatez vel hūanitatē sed vtrūq; sic fec simeon. qō significat p candelam quaz ferum⁹ in pcessione. Per cerā enim p apes ope virginali cū melle pductā. nulla ei libidine resoluunt. humanitas siue caro christi ex virgine sumpta itelligit. Per lumē deitas. qz ds noster ignis p̄sumens est. deutero. iiij. Per lichinium in cera aīa candidissima vl deitas in carne latens. vel p̄m alios mortalitas intelligit. Vel p lumen pater. p ceram filius. p lichinium spūssanctus. Rursus candela in manu accensa. est fides cuz bona opatione. Nam sicut candela sine lumīe mortua dr et lumē p se absqz candela nō lucet sed mortuuz esse videt. sic z opatio sine fide. et fides sine opatione mortua eē dicituz. Lichinius sub cera occultat⁹ recta intentio est. Uñ greg. Sic fiat opus in publico vt tñ intētio maneat i occulto. Cādele aūt bñdicunt vt eas digne ferant omnes. Sūt ei multi habētes intus tenebras. licet extra lucere videant. Digne ferentes sunt. q̄ sicut extra lucent per lumē qō ipsi ferunt in manibus. ita lucent interi⁹ p veram fidem. z in hoc est festiuitas z gaudium magnū. Portant ita qz in pcessione cerei ardentes. ppter sex causas. Primo vt vnusq̄sqz se illuminet z opa sua lumine patefacta alijs insinuet. Scō vt ritum gentilium in melius cōmutet religio christiana. Romani nanqz de q̄nto in q̄ntuz annū in kl'. februarij. ad bonorē februe matris martis. q̄ vt putabant erat deus belli. lustrabāt vrbem tota nocte cum cereis et facibus accensis vt filius eius eis victoriam de hostibus p̄cederet. cuius matrem tā solennit̄ honorabāt. qō festū aburbale dicebat. Ipsi etiam in mense februario sacrificabāt februo. id est plutoni z ceteris dijs infernalibus. p aīabus anteceſſoz suoz vt ppiciarent ipsorum. eis solennes hostias offerētes. et tota nocte eoz laudibus cū cereis z facib⁹ accensis vigilantes. Mulieres quoq; romanoz bis diebus festuz luminū exercebant. qz enī pluto deus infernalis cupiscēs pserpinā speciosissimam. eaz in p̄cipio hui⁹ mensis

rapuit deam qz fecit. quaz ceres eius mater et parentes facibus accensis p siluas deno cte in ethna monte cecilie multo tpe quesie/ runt. put poetarum fabule fingunt. Idcir/ co et ipse in pncipio mensis februarij in me moriam huius rei denocte vibez lustrabāt ambiendo ipsam cum facibus ardentibus Ydolatre. ei sicut legitur in libro sapiētie ob scura sacrificia faciebant. Hos igit lustran di mores sergius papa mutans in melius statuit festū purificationis in honorez ma/ tris domini in eodem mense. z tunc pcessio nes fieri vt plebs vniuersa portans cereos ardentes in manibus p ecclias pcederet in memoriam celestis regni. qñ omnes electi lucentibus bonoz actuum lampadib9 ob uiam sponso venientes mox cum eo ad nu ptias supne ciuitatis intrabunt. Tercio vt p hoc prudentes vgines imitemur. quarū beata vgo est caput. vt accēsa in nobis lam/ pade castitatis z bonoruz opez cum eis in templum glorie ad veruz sponsum ingredi mereamur. Quarto qz lumen quod est ad reuelatōem gentium sicut dixit simeon hac die p nobis est pntatum. hec ergo pcessio significat illaz simeonis. Quinto ad notan dum duinitatem z humanitatez christi vt pmissum est. Sexto ad ostendendū vginis puritatē. ne quis audiens eius purificatio/ nem credere possit eam purificatione indi/ guisse. Portam9 ergo candelas accensas. q̄si ipso facto dicat eccla. Virgo beata pu rificatione nō indiges sed tota rutilas. tota splendes. Et ppter causas pdictas candela ria nūcupat. Hoc festuz caret octauis. quo niam licet christus legaliter fuerit pītatus in templo. nullus tñ doctoz nos coartat q infantes die q̄dragesima natiuitatis eoruz pntent in tēplo. Vñ sicut pntatio puero rum ad templum sm veterez ritum defecit. quia hodie fit i baptismo. ita z octaua ypa/ pantis. In octauis enī sicut p primum diem recolimus qđ factum est. ita p octauaz rem pro qua factum est. De festis annūciatio/ nis. assumptiōis z natiuitatis in suis locis dicetur.

De cathedra sancti petri

Ecathedra san

cti petri ecclia solēnizat qñ viez apud antiochiā cathedrali ho/ nore sublimatus eē phibet. quā sublimatio nem dicūt q̄dam factā esse a theophilo pn/ cipe antiocheno. cuius filiuz defunctū post ānos q̄ttuordecim petrus suscitauit. z ipm et ppīm ciuitatis quertit. ppter qđ ibi eccl̄az pstruxerūt in cui9 medio excelsaz cathedrā collocauerūt. z petrū vt ab oībus audiri et videri posset exaltauerūt. in qua sedit septez annis. De hoc igit honore solennizat eccl̄ia qz tūc plati eccl̄ie ceperūt loco pstare et ho nore sublimari. Tūc enī pletū est illud ps Exaltēt eum in eccl̄ia plebis ꝛc. Et nota q exal/ tat9 est triplicit. et ideo triplex festū ei cele/ brat. Primo exaltat9 est in eccl̄a militantiū eidez pfidendo. z eā in fidez z moīb9 lauda bilit regēdo. Ad qđ ptinet hodierna festiui tas vt pmissū est. Secō in eccl̄ia malignan tium ipsaz scz dissipādo z ad fidem querten do. ad qđ ptinet sm festum qđ dicit vincula Tunc enīz eccl̄iam malignantiū dissipauit et plures ad fidem quertit. Tercio in eccl̄ia triumphantiū in eam scz introeūdo felicit. ad qđ ptinet terciū festum qđ est passionis eius. Rursus fit ei festū triplex ppter alias quinqz rōnes. Primo ppter pulegiū. fuit enim p alijs pulegiat9 z ideo magis bono ratus in autoritate. Hāc fuit princeps apl̄oz et claues regni celoz accepit. Fuit etiam fer uentior in christi amore. z efficatior in viriu te. Hāc ad eius vmbram sanabant infirmi. Secō ppter officium. ipse ei officium pla/ tionis sup vniuersam eccl̄iaz habuit. que in tres ptes mundi scz asiaz africā et europā diffusa est z ideo eccl̄ia ter in āno p eo solen nizat. Tercio ppter beneficium. qz ipse qui potestatem ligandi atqz soluēdi habuit. li berat nos a tribus generibus peccatoruz scz cogitatiōis locutōnis z opationis. Vel qz in deū. in primū z in nos peccamus. Ut hoc bñficiū pōt eē triplex bonuz qđ virtute clauiū peccatoz in eccl̄ia cōsequit. Primū est absolutōis a reatu oñsio. Secūm ē pene

purgatorij in talem ꝓmutatio. Tercium pene talis ꝑm ptez relaxatio. Quarto ꝓpt debitū. qz scz triplr̃ pauit ⁊ pascit nos. s. v̄bo exēplo. ⁊ tali subsidio. Quinto ꝓpt exēplū vt scz nullus desperet. etiaz si tercio christuz negauerit sic̄ ille si tñ velit cū eo deuz corde ore ⁊ ope ꝓfiteri. ¶Nec est p̄mittēdū. q hoc festū de incathedratione sancti petri. olim fe/ stū beati petri epularū dicebat̄. Fuit ei mos gentilū ꝑm magistrū ioꝫem beleth ānis sin gulis i mēse februarij hac die vinū ⁊ epulas deo offerre sup sepulcra pentū. moti forte pter illud thob. iij. panē tuū et vinū tuū sup sepulturā iusti ꝓstitue. q̄s d̄nocte demōes ꝓsumebāt. ipsi tñ ab aīmab⁹ circa sepulcra oberrātib⁹ q̄s vmbras vocabāt vastari pu tabāt q̄si aīe a corpib⁹ egresse carnales req/ rant cibos. qđ btūs aug⁹ reprobat in ꝑmo/ ne bui⁹ diei. ¶Hoc etiā sancti patres extirpa re volētes. festuz de incathedratione sancti petri. tā de illa q̄ rome q̄z etiā de illa. q̄ anti/ ochie fuit fcta. statuerūt fieri illo die q̄ talia a gentilib⁹ fiebāt. Uñ ab illis epulis ꝗ festū ꝓsueuit appellari festū beati petri epularuz ¶Hac tñ die nō d̄r in q̄busdā eccl̄ijs nisi vna collecta. ⁊ de illa incathedratōne q̄ fuit anti/ ochie facta. Dicit̄ aūt epla. ¶Petr⁹ apl̄s ihu⁹ q̄ est. i. petri. i. ⁊ euāgelū. Uenit ihesus i ptes matꝫ. xvj. c. Tract⁹ est. Tu es petrus. matꝫ xvj. Ad horas d̄r capl̄m. ¶Petr⁹ apl̄us. i. petri. j. c. In festo beati matbie apl̄i d̄r epla. Erurgens petrus in medio. act̄. j. c. ⁊ euāgelū. Confiteor tibi pat̄. matꝫ. xj. ca.

De annunciatione beate marie virginis.

Estū annūciatio

nis beate marie est q̄niā angel⁹ ei bonos rumores nunciauit ⁊ ipsa saluatorē ꝓcepit. Tūc aūt implete sunt ꝓphete. Uñ eccl̄ia legit ⁊ cātat de ꝓphetis. q̄re introit⁹ est. ¶Rorate celi desup. ⁊ nubes. id est p̄dicatores. pluāt. i. annūcient. iustū. i. christū. q̄ anthonomastice d̄r iustus. aperiat̄ terra. i. beata v̄go. apiat̄ in quā p ꝓsensuz. et germinet. i. ꝓcipiat. saluatorez. i. christū. De hoc dictū est sub p̄ma d̄nica d̄ aduētu. Epi/ stola est. Egredietur v̄ga. ysa. xj. c. Ellie tñ eccle sie dicūt. Locut⁹ est d̄ns ad achaz. q̄ est eius/ dem. vij. c. Euāgelū est. ¶Missus est gabriel luce. j. c. Et q̄ ibi d̄r. ⁊ ꝑ menſ ꝛc. sic exponit̄. hic mēsis scz martius in q̄ beata v̄go ꝓcepit est sext⁹ illi. i. a ꝓceptione illi⁹ scz elizabeth. q̄ vocat̄ sterilis. q illa ꝓcepit ioꝫem baptistā vij. kl̄. octobris. Dicit̄ etiā p horas capl̄m. In dieb⁹ illis notum faciet de⁹. biere. xxx. c. Cōpetit aūt ꝗ festū tpi veris. ¶Uñ tpe veris deus fact⁹ est bō ⁊ oia facta sūt noua. ¶Hoc aūt festū est de d̄no ⁊ de beata maria quare eadē ꝓfatio d̄r in natali ⁊ in ānūciatiōe d̄ni. De annūciatōne d̄ni ꝓsueuit opponi q gloria in excelsis ⁊ ite missa est ⁊ te deum lauda mus in ea cantari nō debeāt. de q̄ dictuz est in phemio b⁹ pnſ. Si ꝗ festū fuerit i d̄nica passionis vel oliuaz. ad scdaz feriā trāsmu/ tabit̄. hoc ei generale est in ꝓuilegiatis d̄ni cis dieb⁹. Si aūt in triduo añ pascha occur rerit in sabbato añ palmas ꝑm q̄sdā antici/ pabit̄. Quidā vero illō trāsferūt ad octauā Sitr̄ si fuerit in die pasche ñ ꝓgrue poterit infra bebdomadā celebrari in q̄ hist⁹ de aduētu cōpilata cantat̄. Cūm melius est si ad scdam feriā post octauas trāsferat̄. In hac die vt d̄r p diuersa tempoꝝ curricula deus multa opat⁹ est. Que q̄dam sic egregijs v̄/ bis pstrinxit. Salue festa dies q̄ vulnera nrā coerces. Angel⁹ est missus. est passus ⁊ in cruce christ⁹. Est adā fact⁹. ⁊ eodē tpe la psus. Ob meritū decime caditabel fratris ab ense Offert melchizedech. ysaac supponi tur aris. Est decollat⁹ christi baptista btūs Est petrus erept⁹. iacob⁹ sub herode pem/ ptus. Corpa sanctoꝝ cū christo multa resur gunt. Latro p christū tā dulce su scipit amē.

De sanctis philippo et iacobo apl̄is

Aschale tpus si

cut sepe dictū est octauā significat etatē. vbi bonū q̄ erit singu loꝝ in dispari caritate erit oīm. q vnus q̄q z de bonis alteri⁹ gaudebit vt de suo. ⁊ bonū oīm erit singuloꝝ. Ut ergo tps paschale cō cordaret solēnitatib⁹ q̄ infra illud euenūt. p̄sertim cū apl̄i in eccl̄ia p̄mitiua ñ haberēt

pticulares solēnitates. statutū fuit vt in kl'. maij celebraret solēnitas ad honorem oīm ap'lorū. vt dies maij nō videret diuidere qs vna dignitas ap'latus in celesti gl'a fecit eē sublimes. qō festū greci celebrare dicunt in festo ap'lorū petri ⁊ pauli. Hac etiā die festū est ap'lorū philippi ⁊ iacobi. qz forte die ista passi sunt. Sane iacob⁹ iste dict⁹ est minor ad differentiā iacobi ꝓ postelle siue zebedei. qui dict⁹ est maior. nō etate sed vocatōne. sicut ꝓtingit in epis qui loco ap'lorū sunt. qniam qui ꝑmo cōsecrat⁹ est. alios q̄ztumlibet maiores añcedit. Ipse enī a dño vocat⁹ est. ⁊ ꝑmo ei adhesit ⁊ sibi magis fuit familiaris. In secretis eī illū vocabat scz qñ trāsfigurat⁹ est. ⁊ qñ suscitauit mortuū in domo Dict⁹ est etiā iste iacob⁹ alphei q̄ fuit filius alphei. Dict⁹ est etiā frater dñi ꝑm carnem quia ꝺr fuisse ꝓsilis ei facie. vel qz erat filius alphei fratris ioseph viri beate marie. ⁊ marie sororis ei⁹ Qui ei ita ex vtraq; pte sāguinis ꝓiungebant. apud iudeos frēs vocabā tur. Iesus autē putabat filius ioseph. Vel ꝺr frater dñi. i. cognatus qz fili⁹ sororis bte marie. quē more tusci ꝺuant. Sed ⁊ ioseph ꝺr ꝯgnatus dñi. vel qz pater putatiu⁹. vl'qz ꝯgnatus dñi ex pte matris scz beate marie. Ad clariorē aūt ꝑmissor⁹ euidentiā notandū q̄ ioachiz pater bte marie accepit vxorez noie annā que habuit sororez noie ysmeriā Hec autē ysmeria genuit elizabeth et eliud Elizabeth genuit iohēz bap. Be eliud nat⁹ est emineud. Be emineud nat⁹ est sanctus seruatius. cui⁹ corpus est in opido traiecti sup fluuiū mosam. in epatu leodicen. Anna aūt tres viros ꝺr habuisse scz ioachim. cleophā frēm ioseph et salome. De ꝓmo habuit filiā scz mariā matrez dñi quā dedit ioseph nuptui q̄ christum genuit. Generatio ipsi⁹ ioseph et marie posita est in. vj. pte sub festo natalis dñi. Ipsumo aūt viro defūcto. de scdo silr genuit aliā filiam noie mariam quā alpheo postmodū in ꝓiugē dedit. Hec autez maria genuit ex alpheo q̄ttuor filios scz iacobū minorē. ioseph iustū. qui ⁊ barsabas dict⁹ est. simonē et iudā. Ex tercio vero scdo mortuo genuit aliā similiter filiaz noie mariam ⁊ zebedeo in ꝓiugē tradidit ex quo duos filios habuit. scz iacobum maiorem et iohānem euāgelistam. Ipsorum iacobus iste merito sue ꝓfessionis cognominat⁹ est iustus. Ex vtero enīz dicitur sanctus fuisse. Ipse enim a petro et iacobo et iohāne apostolis ordinat⁹ est ꝑmus hierosolimitanorum epus. Ipse etiam vna cum basilio episcopo cesarien̄ addidit nobis in scriptis missam celebratōnem. Ipse quoq; tradit ꝑmus celebrasse missam p⁹ pascha domini in hierusalem. ⁊ petrus ꝑmus in antiochia. Iste vinum vel siceram non bibit. nullā carnem comedit. nunq̄z tonsus. nunq̄z vnctus. nunq̄z balneo vsus est. ⁊ intantū genibus terre defixis orabat. vt genua eius camelorūz excedere duriciam crederent. Iste ꝑcipitatus est a iudeis de pinnaculo templi cū nomen christi ꝓdicaret. ⁊ cum ptica fullonum interfectus est. Fullo enī est qui lineos pannos candificat. Quidā enīz dixerunt ꝓpter peccatū interfectōnis eius iudeos destructos fuisse ꝑ tytum ⁊ vespesianū et ita non attribuunt destructōem illam morti christi. In hoc festo dicunt quedam eccl'ie introitum. Exclamauerūt. neemie. ix. c. Epistolā. Stabunt iusti. que est sapiētie. v. c. Euangeliuz. Non turbet cor vestrum. qō est iohis. xiiij. ca. Et post cōmunionem. Tanto tempore. iohīs. xiij. c. Dicitur etiam ad horas cap'lm. Stabunt iusti. sapie. v. c. ⁊ illud. Nos insensati. quod est ibidem. ⁊ illud. Non esurient. apoc. viij. ca.

De inuentione sancte crucis

In sancta cruce dñi scda spes habet. Sicut ei beata vgo portauit dñm. ita ⁊ sancta crux suo mō. Et sicut dat dñs aquis baptismalib⁹ sanctificare ⁊ alijs sacramentis. ita ꝑ tactū dñice carnis sanctificatū fuit illud lignū vt nos suo mō sāctificare possit. Et qz ita crux saluat ꝑ talē effectū quem habet. iō de eo cantat. O crux splendidior ꝛc. q̄ sola fuisti digna. s. dignitate tibi data. portare talentū mūdi ꝛc. Et qz finis crucis est gl'a ideo in fine plurīū antiphonarū de cruce ꝺr

alla. Dicat aũt pboras capm. Mihi autez absit. gala. vl. c. Fit aũt duplex festũ de cruce vicz exaltatõis de q̃ suo loco dicet. z inuentionis. q̃ inuẽta fuit crux tpe eusebij pape a beata helena matre pstãtini mediãte iuda qui tũc iudeus erat. Uñ in canone ipsi⁹ eusebij ita legit. Crux dñi nostri iesu christi. q̃ nup nobis gubernacula sancte romane ecclesie tenentib⁹ q̃nto nonas maij inuẽta est in pdicto kalendaz die inuẽtionis festum vobis solennit̃ celebrare mãdam⁹. Est aũt maij ℞ festũ q̃z exaltatiõis put ibi dicet. Legit aũt de pdicto iuda q̃ puers⁹ ad fidẽ fact⁹ est postmodũ epus hierosolimitan⁹. z mutato noĩe vocat⁹ est q̃riacus. De quo dr dyabol⁹ sic pphetizasse. Judas christũ morti tradidit. sz iste iudas illũ mortuũ exaltauit. z artes magicas a⁹s meas detexit. sz iulian⁹ familiaris z amicus me⁹ cito rex erit. q̃ me d̃ isto vindicabit. Qd̃ factũ est. Nã iulian⁹ monach⁹ ab ordine apostatans acq̃siuit p nephas pfulatũ romanũ. z deinde fact⁹ imperator z christianoz psecutor. illum diuersis penis afflixit z interfici iussit. Legit quoq̃ q quidam miles noĩe quiriacus hũc iulianum postea interfecit. De isto iuliano legit q̃ adducapud pstantinopolim de tũba sua fetor intolerabilis pgredit. Si queraf quare fit festũ de cruce in q̃ christus fuit deshonestatus z flagellatus z nõ de asina in q̃ valde fuit honoratus. nec etiaz de alijs que ipse tetigit. Rñderi potest q̃ laus et honor sup asinã impensus. transitor⁹ z mũdan⁹ fuit. nec inde salus nostra pdit. de q̃ curandum nõ est. Preterea alia que ipe tetigit. nõ legit miracula z sanitates fieri. nec p illa redempti sumus. de honestatio vo in cruce facta nostra redemptio fuit. Dicitur hodie introitus. Nos aũt. gal. vl. ca. Et legit epla. Confido de vobis in dño. gal. v. ca. p eo q̃ ibi dr. Mihi aũt absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu christi. Alie eccle dicũt. Hoc sentite. ad philip. ij. Euãgeliũ est. Sile est regnũ celoz thesauro abscondito in agro ꝛc. q̃ crux dñi ad literã inuẽta est in agro. Uel aliter in agro eccl̃ie inuenit̃ crux dñi que dr thesaurus. q̃ emptũ est p eam nobis regnũ celorum. qui videt hunc thesauruz in eccl̃ia vadit z vendit omnia que habet. i. oẽs trãsitorias delectatões z emit agrũ istũ vt sit de eccl̃ia. Alij dicunt. Erat homo ex pharisеis ioh. iij. c. Et est notandũ q̃ festum crucis fit semp cũ festo martiruz. q̃ crux sigficat martirium. z ideo in festiuitatib⁹ sancte crucis leguntur in q̃busdam eccl̃ijs. vj. lectiões de martirib⁹ z officia pmiscent. De signo crucis dictũ est in phemio. v. ptis.

De reuelatione sancti michaelis

Eccl̃esia facit festũ

d̃ angel̃ duplici rõne. Prima est q̃ nobis miistrant. omnes ei sunt admiistratorij spũs. i. un miisteruz missi. ppt eos q̃ hereditatez capiũt salutis. sicut habet in epla ad hebre. Scda rõ est. q̃ pugnãt p nobis cõtra angelos malos. nec pmittunt nos tẽptari supra id q̃d̃ possumus. De hac pugna dr in apoc. Factũ est pliũ i celo. Hoc bellũ erit maxime tpe antechristi. z in morte martiz fuit. z etiã semp est. Et eiect⁹ est draco. i. dyabolus de celo. i. de celestib⁹ hoibus z deiectus in corda malor hoim. Hui⁹ aũt belli pnceps est beatissimus michael. z id̃o fit ei festum. licet sit de vltima gerarchia de inferiori scz ordine. Sũt ei nouem ordines angelor. put tactuz est in q̃rta pte sub ti. de pfatione q̃ q̃zuis oẽs mittant. quoniaz vt p̃missuz est. sunt admiistratorij spũs. et in ysa. vj. habet. q̃ missus ẽ ad. eũ vnus d̃ seraphin raro tñ mittunt. Uñ daniel. miliamiliũ miistrabãt ei. z decies centena milia assistebãt ei. Eor vo q̃ mittunt pnceps est michael. q̃ fuit pnceps eccl̃ie iudeor vt habet in daniele. Modo vo est pnceps eccl̃e christianorũ In iudeis ei fuit aliq̃n eccl̃a q̃ nũc est in christianis. Hoc aũt festũ q̃d̃ est memoratio victorie sancti michaelis inde originẽ sumpsit. q̃ cũ barbari depopularent apuliam. christiani triduano ieiunio in dicto. scti michaelis auxiliũ imploraueruṫ. p q⁹ visibile patrocinũ fugete terga dederũt et christiani victoriã habuerũt. Uocatur etiã festum reuelatõis. q̃ in monte gargano reuelatus

ē vt seq̄t. Sane michael. gabriel et raphael. noīa p̄sonalia sunt angelorū. Alia vō sunt ordinū. vt dictū est in q̄rta pte sub ti. de p̄fatione. Sed cū hoc festū sit cōe oīm angelorum. q̄re specialr denoīaf festum sancti michaelis. z nō gabrielis vl raphaelis. ℟ñ deo michael est q̄ missus in egiptuz fecit illas famosas plagas qui diuisit mare rubꝝ. qui dꝰ duxit pplm p desertū. z duxit in terrā pmissionis. Ipse est ꝓpositus paradisi. z custos. z est susceptor aiaꝝ. et ꝑceps eccle. z ideo magis eū venerari debem⁹ Scda rō est. q; ipe met fundauit ecclīam z ꝓsecrauit altare. Vñ dr Stetit angel⁹ iuxta arā templi ⁊c. Hoc fuit in mōte gargano. postea vō reuelauit hō hominib⁹ p ep̄m regionis illi⁹. Tercia ratio ē vt hoies venerātes angelos pueniāt ad cōsortiū angelorū. Et ea de cā in dieb⁹ dñicis et festiuis solēnitatib⁹ nouē psalmi z nouē lectiones z nouē ℟ñsoria cantant. vt p cantū istoꝝ ad ꝓsortiū pueniam⁹ nouē ordinum angelorꝝ. quoꝝ ꝓpriū est deo cantare. Congaudendo ergo angel' dicit ecclīa in introitu. Bñdicite dñm oēs angeli eius. Et q; angeli laudāt. z nos silr deū laudare debemus Vñ sequit vsus. Bñdic aīa mea dñm. Epistola vō de apoc. j. c. sumit. Significauit deus que optet fieri cito ⁊c. Sequit ibi. Johānes septē ecclīis. p septē eccl'as vel p septem spūs. q̄ntū ad intelligentiā que ad hāc diez ptinet vniuersitas angelorꝝ intelligitur. per septē ei dies currit vita p̄sns. Sequit responsorium. Bñdicite. z vsus. Bñdic rōne qua supra. Alla est. In ꝓspectu angelorꝝ psallaz tibi. Hoc aūt ideo dicit ecclīa q; pati sūt angeli deferre deo orōnes nostras. Semp eni nobis astāt z aspiciūt nos z auscultāt. Vñ in canticis. Que habitas in ortis amici. id est angeli auscultant te. Berñ. Istos scz bonos ꝓpassio. illos. s. malos passio. s. iuidie cogit. vt in nos semp aspiciāt. Sequit euāgelium. Accesserūt ⁊c. matb. xviij. c. in q̄ p̄cipit vitari scandalū puuloꝝ. q; ibi fit mentio de angelis. Amen dico vobis. q; angeli eorum in celis semp vident faciē patris mei qui est in celis. Q; vō pati sint deferre orōes nrās in offertorio oñdit. Stetit angel⁹ iuxta arā templi ⁊c. apoc. viij. c. et data sunt ei incensa multa. i. orōes incense igne caritatis. z ascēdit fumus aromatum. i. oratio in cōspectu dei ꝺ manu angeli. In postcōmunione vō placuit ecclesie sicut ꝑus bñdicere. Vñ dr in quibus dam ecclīis. Bñdicite angeli dño ⁊c. Sane q; michael legit cū draco pugnasse intelligit allegorice. michael. i. christ⁹. historice vō q; michaelis z aliorꝝ angelorꝝ ei⁹ ministerio dyabol⁹ describit in ecclesia ꝓpter laicos esse depulsus. In hoc festo dr caplm Significauit. Et illō. Beat⁹ q; legit. Et illō. Joßes septē ecclīis que sunt. apoc. j. c

De sanctis geruasio et protbasio

℟ festo sanctorū

geruasij et ptbasij cantatur ex institutione gregorij introitus. Lo quetur dñs pacē in pplō suo ex eo q; tali die pax inter romanū imperatorem z agilulphū regem longobardoꝝ extitit reformata. quē regem celdonia ei⁹ vxor christianissima cui gregorius librū dyalogoꝝ scripsit. ad fidez conuertit. Officia nanq; sanctorꝝ ꝑtim ꝓueniunt ipsis scīs ꝑtim bis euēnib⁹ que in ipsorum euenere diebus

De sancto iohanne baptista

Via inter natos

mulierū surrexit maior iobānes bap. merito ecclīa celebrat festū de illo. z facit ei festuz duplex scz natiuitatis et ꝺcollatiōis. Natiuitatis ꝓpter quattuor Primo ꝓpt bistoriā. quoniā dicit dñs ꝺ eo p angelū. sicut in euāgelio habet. z multi in natiuitate ei⁹ gaudebūt. qꝺ etiā ꝓpt sarracenos dictū est. q; ℟ festū celebrare dicūt. Secūdo ppter allegoriam z misterium. q; per iobānem figuratus est ortus gratie quam nobis attulit christus Ipsum enim iohannes p̄cessit in annūciatōne. in natiuitate. in p̄dicatione. in passione. z in ad inferos descensione. Tercō quia sicut beata virgo sanctificata fuit in vtero matris. ita z ipse. Quarto quia ipse primus annunciauit gaudia etna. z ideo ꝺ lucifer et turtur. Vñ in cant.

Vox turturis audita est in terra nostra. Et iob. xxxviij. c. Nũquid poduces lucyferum in tpe suo. Et eius natiuitas fuit p gabrielem archangelũ nũciata. Ideo autẽ iobanes dictus est lucifer. qz obtulit nouũ tpus. z unde est q in qbusdã ecclijs habet missam in mane. qz natiuitas eius fuit q̃si aurora. Natiuitas vo christi fuit q̃si ortus solis. Uel ideo dr missa in ortu diei qz legit in euãgelio luce. q ipse fuit sanctificat⁹ et spũsancto replet⁹ in utero matris. quare merito laudandus est eius creator in exordio diei q illũ dignatus est honorare in utero matris. Habet eẽ aliã ppriam missam sicut et alij sancti que dicit circa terciam. Uel pma missa est de vigilia euãgeliste. Uel alia dr. qz ipse fuit martir et pcursor. Uñ illa missa est unius martiris. et est introitus. Justus ut palma florebit. De ipso nanqz ppbetizauerunt ysaias et biere. Hieremias ipso vite actu. qz fuit ei similis. Ysaias ut ĩ epla habebat hodierna. Audite insule z attendite pli de longe. ysa. xlix. ca. Ibi etiã sequit vñ sumit introit⁹ scz. De ventre ẽc. Sequit etiaz ibi. Posuit os meũ ut gladium acutũ. Gladius acut⁹ est lingua pdicatoris. quoniã abscindit superflua. Sequit Posuit me q̃si sagittaz electã. Sagitta electa est pdicator qui facit qđ docet. Sagitta acuta fuit iobanes cuz dixit. Genimina viperaz qs docebit vos fugere ab ira vẽtura. Rõsorium est. Priusq̃z te formarem ẽc. biere. j. c. z est de natiuitate ei⁹. Alla est. Tu puer. luce. j. c. Et illud. Inter natos mulierũ ẽc. matẽ. xj. c. Euãgelũ est. Elizabeth impletũ. luce. j. Dicit aũt hac die caplm. Audite insule ysa. xlix. c. Et illud. Priusq̃z te formarẽ. biere. j. c. Et illud. Reges videbunt. ysa. xlix. c.

Psoro in vigilia beati iob. bap. ieiunam⁹ q̃si ppatiẽtes ei q in deserto ieiunauit z aspera vitã duxit. Et vigilia ipa plenũ habet officiuz. Quia post iobis decollationẽ christus crucifixus fuit z agnũ comedit. Fuit ei iobanes q̃si lapis angularis. i. vet⁹ z nouũ testamentũ pũgens. Uñ tũc magis solenizamus ppter misterium q̃z ppter psonaz ipsaz. z quoniã ipse fuit medi⁹ inter vtrũqz testa. qz fuit finis veteris et initiũ noui testa.

Nam z lex et ppbete usqz ad iobanem vicz inclusiue. Hinc est q hui⁹ diei officiũ ptim de veteri. z ptim est dnouo testa. In hac autem die iobes euangelista obiit. sed eius festum translatũ est put sub eius festo dicet. Festum aũt decollatõnis nõ ita solennizat ecclia. sicut istud. put ibi dicet. Fuit ergo ut pmissum est in utero sanctificat⁹ sicut z bieremias. Unde et de biere. legit hac die. Qđ pbat p illud qđ dicit in euãgelio. Et repleta est spũsancto elizabeth. z exultauit ĩ gaudio infans in utero meo. Sz quo genere sanctificationis nõ legim⁹. Dicũt tñ quidã q ab omni peccato mũdat⁹ est. Sz in glosa sup illo loco. Tu vis a me baptizari ego a te debeo baptizari. i. ab originali peccato mũdari. dr. q in psona generat hois loquebatur. Fuit tñ in peccato originali cept⁹ similiter et beata ygo. de quo z q̃re eius natiuitas celebret. sub purificatione dictũ est. Paulus bistoriographus romane ecclie dyaconus cassinensis monachus. q̃dam die cuz vellet paschalez cereum pfecrare rauce facte sunt fauces eius cuz pus vocales essent. ut ergo vor sibi restitueret. ppposuit in honorẽ beati iobanis hymnuz. Ut queant laxis. in cui⁹ principio petit vocis restitutõnem quã obtinuit. sic et merito scti iobis restaurata est vox zacharie. In hoc festo non cantatur frequnter alla sicut fit in festiuitatibus petri et pauli z aliorum. in quorum vltimis nocturnis psonatur. Ratio est quia ipe figurat legez. z qz natale hui⁹ fuit ante christi resurrectionem z añ gaudiuz. Quidam tñ faciũt officiuz sine alla in initio noctis ppter figuram legis z postea iterant officium cũ alla in medio noctis terminãtes illud in principio lucis in memoriã antique obseruatõis de qua z quare in hoc festo nocturni cantant ĩ initio noctis dictũ est in. v. pte sub ti. de nocturnis. Nota q antiquitus solebat una quadragesima celebrari ante hoc festũ et alia ante natale domini. Sed postea propter fragilitatem hominum redactum fuit ad tres septimanas ante natale. z tres ante ß festũ. Uñ phibitum est in decretis. ne ĩ illis trib⁹ septimanis nuptie fiãt Sz et hodie

hoc abolitū est. put dictuz ē in ꝑma ꝑte sub ti. de sacramētis. Fiunt aūt tria ſpeālia in ꝟ festo. In vigilia nanqz in q̄busdā ptibus ex antiqua obſuatōne colligūt boies ⁊ pueri ossa ⁊ quedā alia īmunda. et insimł cremāt vt inde fumus in aerē ꝓducaī. Ferūt etiam brandas siue faces. ⁊ cuz illis circueūt arua Tercium est qz rotā voluūt. Qui īmunda cremant. ⁊ fumū in altū ꝓduci faciūt. habēt hoc a gentilib⁹. Antiq̄tus eī draconeſ hoc tpe ad libidinem ꝓpt calorē excitati volādo ꝑ aerem freq̄nter ī puteos ⁊ fontes ſperma tizabāt. ex quo inficiebanī aque. ⁊ tunc erat ann⁹ letalis ex aeris et aquaz corruptione. qz q̄cūqz indē bibebāt moriebanī aut grauē morbū patiebanī. Q̄ attendētes ꝓbi iusſe runt ignē freq̄nter ⁊ passim circa puteos et fontes fieri ⁊ īmunda et quecūqz īmūdum redderēt fumū ibi cremari. Illā qz ꝓ talez fu mum sciebant posse fugari dracones. Et qz talia hoc tpe maxime fiebāt. ideo hoc adhuc ab aliq̄b⁹ obſeruaī. Sūt eī dracones aīalia Vñ in ps. Laudate dñm de terra dracones nō tracones. i. meat⁹ terre. ꝑut q̄daz dixerūt Que q̄dem aīalia in aere volant. in aquis natāt. ꝑ terrā ambulāt. nil īmundū ſustinēt et fugūt ꝓpter fumū oliferuz sicut elephā tes ꝓpt grunitū suuz. Est etiā alia rō quare ossa aīalium ꝓburunt. vicz in memoriaz q̄ ossa ioh. bapt. a gentilib⁹ in ciuitate sebaste ꝓbusta fuerunt. Vel pōt hoc referri ad no uum testamentuz. Ībi icūt eī pueri vetera ⁊ ꝓburunt. ad significanduz q̄ aduenīte noua lege vet⁹ testamentū debz cessare. Bi ctum est eī. Vetustissima vetera nō comede tis. ⁊ nouis supuenientib⁹ vetera pijcietis. Ferūt quoqz brande seu faces ardentes. et fiūt ignes. que significāt sanctū iohānē qui fuit lumē ⁊ lucerna ardēs ꝑcedēs ⁊ ꝑcurſor vere lucis. q̄ illuminat oēm boiez venientez in būc mōm. Vñ dicit ioh. v. Ille erat lucer na ardēs ⁊ lucens añ dñm. q̄ viaz dño ꝑpa rauit in heremo. Rota in q̄busdā locis vol uit ad significādū q̄ sic sol ad altiora sui cir culi puenit. nec alt⁹ pōt ꝓgredi. sed tūc sol descēdit in circulo. sic et fama iohānis qui putabaī chriſt⁹ descendit. scōm quod ipe te ſtimoniū ꝓhibet dicens. Me oꝑtet minui. illū aūt crescere. Q̄ dicūt q̄dam dictuz esse eo q̄ tūc dies incipiāt minui. ⁊ in natiuitate christi crescere. Sz qz añ festū sanctiohis decrescūt. ⁊ añ natale dñi crescūt. intelligen dū est de natiuitate in matre. qñ scz ꝓcept⁹ est vterqz. quoniā iohes ꝓceptus fuit decre scentib⁹ dieb⁹ vt in septēbri. ⁊ christus in cre scentibus vt ifra ꝓli. Vel de morte vtriusqz. Nam corꝑus christi exaltatuz est in cruce. corꝑus iohānis capite minoratū.

De sanctis petro et paulo

E petro et paulo

Questio est. Utrz eadē die passi sunt Nā benric⁹ solitar⁹ velle videt q̄ eadez die anno reuoluto paulus passus sit Sed pelagi⁹ ⁊ nicolaus pape. ⁊ ambrosius et alij sancti patres volunt q̄ eadē die. et eadem etiā hora sub nerone imperatore. vicz anno. xiiij. imperij. ei⁹ alioquin falsе essent historie de illis scripte. sed tñ in diuersis locis. licet in vrbe. ⁊ diuersas penas passi sūt. quia petrus in vrbe crucifixus est. paulus vero quia sicut legitur in actibus aposto lorum ciuis romanus erat. q̄uis natione tarcensis esset. extra muros vrbis decolla tus. q̄ pena honestior videbaī. et de ipso lac ꝑ sanguine legitur ꝓfluxisse. Ueruz ꝓceden te tpe cum cōstantinus impator in honorē vtriusqz ecclias ꝓstruxisset ⁊ roman⁹ pon tifex vellet eorum corꝑa seꝑarare. et dubita reī que cuius ossa forent. diuin⁹ rñsum est maiora ossa sunt p̄dicatoris. minora piſca toris. ⁊ sic ab inuicem seꝑata sunt in ꝓprijs ecclijs collocata. Postmoduz vo siluester papa volens ecclias ipsas ꝓsecrare tā pua q̄z magna ossa equa lance cum summa re uerentia ponderauit. ⁊ vnam medietatem in vna ecclesia ⁊ aliaz in alia collocauit. Un de quidam faciunt festum ō hac diuisione ossium in nom̄. vel. viij. ydus iulij. qz die ta li facta fuit. Alij illud faciunt. xv. vel. xvj. die eiusdem mensis. Alij vero dicunt q̄ festuz diuisionis petri et pauli quod celebraī die illa. fit ꝓpter illam diuisionem que facta est in bierlīm post. xij. annos. quādo seꝑati sunt

ad ꝓdicandū gentib⁹. In q̄ festo cantāt illā magnā seq̄ntiā. Celi enarrāt gl'iā. Et euāgeliū ascensionis. ℟ecūbētib⁹ ꝛc. incipiēte⁹ in fine ibi Bñs q̄dem ihesus postq̄z ꝛc. Licet aūt eo⁹ festa eadem die celebrāda ꝙcurrāt. bt⁹ tñ gregorius instituit vt tantū officiū beati petri ipo die celebrare. Tū q⁹ tali die eccl'a beati petri fuit dedicata. Tū q⁹ ipe p⁹ o⁹ fuit ꝙuersione. Tū q⁹ fuit t⁹ maio⁹ dignitate. quoniā romane eccl'ie tenuerat ꝑmatuz Et ō⁹ in missa introit⁹. ℳunc scio. act. xij. c. et collecta ꝓmunis vtriq̄z. Deus q̄ hodiernā diem. q̄re nō fit alia cōmemoratio de beato paulo. Epl'a. ℳdisit herodes. q̄ est ibidem. All'a. Tu es petr⁹. matℬ. xvj. c. Euāgelium Uenit ihesus ī ptes. qō est ibidē. vbi ō⁹. Quē dicunt hoies eē filiuz hois. Sz ꝑm hiero. in hebreo ō⁹ filiū ade. ℐder horas vō ō⁹ capl'm ℳdisit herodes rex manus. act. xij. c. Et illō. Angel⁹ dñi. Et illō. Et petr⁹ ad se reuersus que lūt ibidē. Seq̄nti vō die fit festū de b⁹to paulo. Et ō⁹ in missa introit⁹. Scio cui. ij. ad thimo. ij. c. ꝛ collecta. Deus q̄ multitudinem. Graduale. Qui opatus ē petro. gala. ij. c. Uersus est. Grā ō⁹. j. corinthℬ. xv. c. Epl'a ℳotū vobis facio. gal'. j. c. All'a. Tu es vas. act. ix. c. Euāgeliū. Dixit simō petr⁹. matℬ. xix. c. In alijs eccl'ijs ō⁹. ℐhoc est ꝓceptū. ioℬ. xv. c. Cōmunio. Amen dico vob. matℬ. xix. c. Itē in nocturnali officio beati pauli q̄daz vsiculi ꝑmittūt antiphonis laudū. vt dēm est in. vj. pte sub dñica de trinitate. Et ō⁹ capitulū. Bonū certamen. ij. ad thimo. iiij. ca. In octauis vō ap'oz ō⁹ illō. Cōfitebo⁹ tibi dñe rex. eccl'. vl'. Uex in vigilia ō⁹ introitus Dicit dñs. ioℬ. vl. c. Et epl'a. ℐder⁹ ꝛ ioℬes act. iij. c. Euāgelium. Dixit ihesus simoni petro. ioℬ. vl. c. ℐhabz aūt hoc festū tria sz ieiuniū. solennitatē. ꝛ octauā. Jeiuniū q⁹ si velimus ꝙregnare optet nos ꝛ ꝙpati. In die festi ō⁹ eo⁹ glorificatōe gaudem⁹. In octaua de eo⁹ futa bītudine in corpe et aīa iā certi letamur. ꝛ eīne glorificatōis meritū expectam⁹. De hac octaua dictū est ī fine phemij hui⁹ ptis. Et nota q⁹ leo papa scōs orans p neapolitanis ciuibus⁹ in mari cū saracenis pugnātib⁹. fecit illā collectā. De⁹ cui⁹ dextra beatū petr⁹ ꝛc. ℐperfectis vō p eū muris ciuitatis leonianeīponēs sera⁹ portis oras fecit illā collectā. Deus qui beato petro collatis clauibus ꝛc.

De maria magdalena

N festo magdalene ō⁹ epl'a. ℳulierē fortē q̄s inueniet. q̄ est in pabol'. vl. c. ꝛ euāgeliū. ℟ogabat ihesum. luce. vij. c.

De septem fratribus.

Jca festū septez

fratr⁹ notandō ē tres fuisse matres quar⁹ quelibet septez frēs habuit filios. ꝛ p⁹ passiones eo⁹ passe sunt. vicz. mater machabeo⁹ cui⁹ nomen ignorat. ꝛ felicitas mat⁹ istor⁹ septē fratr⁹. ꝛ sympboriana sapiens mulier que sancta fuit.

De festo sancti iacobi apostoli.

Acobus maior

filius zebedei. frat⁹ iohānis euāgeliste missus est ad ꝓdicandū hyspanis sed cū nō posset nisi vnū ꝓncipez ibi ꝙuertere. rediit hierosolimis sed tandez ab herode decollat⁹ ꝛ in hyspaniā reportat⁹. q̄s viuus ꝙuertere nequit. mortuus diuino miraculo ꝙuertit. Fit aūt ei⁹ festū. viij. kl'. aug. ꝑ eo q⁹ tali die fuit apud cōpostellā trāslatus nō q⁹ tūc obierit. q⁹ occisus est ab herode in dieb⁹ azimor⁹. vicz. viij. kal'. aplis in annūciatōe dñi sez circa pascha. vt legit in epl'a hui⁹ diei. ℳdisit herodes ꝛc. ꝛ ita tūc ꝓpter dies ipos festū nō habuit. In kalendō vō ianuarij fuit sepult⁹. q⁹ ab augusto vsq̄z tūc sepulcri ei⁹ fabrica fuit ptelata. Uel ītō fit. viij. kl'. augusti hoc festū. quoniā hac die dedicata est sibi eccl'ia in ꝙpostella. Quare dictus sit maio⁹. dictū est sub festo ap'oz⁹ philippi ꝛ iacobi. ℐhoc aūt festū nō habet vigiliā vel ieiuniū. put dictuz est in. vj. pte sub q̄rta feria tercie hebdomade aduent⁹ ℐhac die dicūt quedā eccl'ie epl'am. Jam nō estis epℬ. ij. c. All'e. Bñdictus de⁹ et pater. epℬ. j. Et euāgeliū. Accessit ad ihesum. matℬ. xx. ca.

De septem dormientibus

Vnc de festo se

ptem dormientū dicendū est sex eor potētes fuerūt in ephe so tpe q̄ decus cesar psecutus est eccl̄iaz dei qui q̄zcito audierūt psecutiōem fugerūt in montem z latuerunt in spelunca quadam z secū magnā pecuniā portauerūt. sed payz cibi. quoz noia sunt maximianus. marcus martinian⁹. dyonisius. iohānes. serapion. z ꝓstantin⁹. Ibi cuz eēnt in spelūca. ꝑma die comederūt quicquid habuerūt comestioni aptū. z dixerūt ꝓsienti suo. Cras emas nob cibos. q̄ payz hodie ꝓmedim⁹. z postea dormierūt. Tandē decius q̄siuit eos. naz audiunt eos eē christianos. sed dictuz est sibi eos aufugisse in alias regiones vel in monte latuisse. q̄ audiens fecit ostia spelūce lapidibus obstrui. Post multū vo tpis. vicz circiter tricentos annos. q̄dam voluit stabuluz ꝓtra spelūcā facere. z fecit magnū ignē. in q̄ soluti sunt lapides q̄ erāt in ostio spelunce. z statim in spelūca refulsit splendoz ignis z euigilati sunt septē dormiētes. z sex q̄ potentes erant dixerunt septimo qui erat seruus eorum. Dies est. vade nobis emere cibos Putabant enim se p vnā noctem tantum dormuisse. Iuit ergo ille ad ciuitatē. z venit ad macella. miratus vltra modū q̄ cruces videbat per vicos z in triuijs z in q̄druuijs Cūq; carnes emēs obtulisset monetā quaz bēbat. nō cognouerunt eā carnifices z dixerunt. Vñ habes istos numos. Qui ait. Ex meo ꝓpꝛio labore. Et illi. Vñ es tu. Qui ait de patria ista. Tunc illi. Qui sūt pentes tui Ille ait. Iste z iste. Et nō cognouerūt carnifices alios eoz. quos ipe noiabat. Al longo enī tpe eoz noia cū illis erāt sepulta. Iteruz illi dixerūt. Sub quo impatore fuit illa moneta. Ait ille. Sub decio. Tūc illi ammirati tum ꝓpt monetā. tū ꝓpter ea q̄ referebat. estimātes eū insanū esse. ligauerūt eū z duxerunt eū añ pontificē ciuitatis. Cui diligēt inq̄renti. quis ille eēt z vñ. et vbi banc inuenisset monetā. z de alijs q̄ ipse retulerat carnificibus. oia put ꝓtigerāt reuelauit. Tunc eps veniēs cum vniuerso ꝓplo ciuitatis ad speluucā inuenit eos sex q̄ ibi remanserant iteꝝ dormiētes z euigilatos secū in ciuitatē adduxit. z singula scisciat⁹ ab eis inuentū est eos in spelūca fuisse pannos fere trecentos. Ꝑreterea inuēte sunt plūbee tabule in ipsa spelūca. q̄s illi impoſuerāt ibi qui mandato decij obturauerūt os spelunce. Impatores erāt tūc honor⁹ z archadius. qui cuz ꝑpus dubitarēt d̄ resurrectōe. hoc viso firmius crediderūt. Fuerūt aūt cuz ep̄o p̄dicti septem iuuenes p aliquot dies. z postea mortui sunt libera morte. Vñ dicti sunt martires. q̄ tādiu in spelunca remanserūt.

Ad vincula sancti petri

Estum beati pe

tri q̄d ad vīcula d̄r q̄druplici de causa institutū fuit. Primo secundū bedā. q̄ theodosia vxor theodosij. ij. impatoris hierosolimaz ꝓficiscens. vidit in alexādria festū celebrari in kalend⁹. augusti. ad honorē cesaris augusti. de triūpho babitō cleopatra regina egipti et marco ātbonio viro eī⁹. vñ vehement doluit. q̄ damnato et gentili tant⁹ honor exhibereť. Venīēs aūt hierosolimā. catenas q̄bus petrus sub herode fuit alligatus acq̄siuit z romā rediens eas aplico pūtauit. q̄ alias catenas q̄bus sub nerone fuerat alligatus. apportari p̄cepit. que se tangētes vsq; adeo sunt miraculose ꝓiūcte. ac si semp fuissent eedem. Vñ papa z regina mox diem ipsam vbiq; celebrem fore statuerunt vt sic solennitas piscatoris obfuscaret solennitatē impatoris. z catena petri extingueret torquem augusti

Scda causa institutionis hui⁹ festi est ppt memoriā liberatōis beati petri p angelum facte a carcere siue a vinculis. put in epla legit hodierna. et p̄m hoc videť q̄ deberet vocari hoc festū a vicul'. Tercia cā est. q̄ cū q̄rinus tribun⁹ filiā haberet gutturosam. illa ad mandatū scti alexandri pape. q̄ sext⁹ fuit a btō petro. q̄siuit bogas siue vincula. q̄bus btūs petr⁹ fuit inuiculat⁹ rome sub nerone q̄b⁹ inuētis z osculatis liberata ē. q̄rin⁹ cū sua familia baptizat⁹ ē. Tūc dict⁹ alexāder papa ꝑ festū in kal'. aug̃. celebran

duz instituit. ⁊ in bonorē beati petri eccl'am in vrbe fabricauit vbi vincula ipa reposuit. ⁊ ad vicula' noiauit. in q̄ festiuitate ꝑplis illic ꝓuenies ipsa vicula hodie oscl'at. Quar ta causa pōt esse q2 dñs petrū a vinculis mi raculose absoluit. ⁊ eidē ligandi atz soluendi ptātem dedit. Nos aūt vinclis peccato/ rum ligati tenemur ⁊ absolui indigem⁹. iō igitur in solennitate ipa que dr ad vincula ipm honorem⁹. vt sicut ipse a vinculis ab/ solui pmeruit. ⁊ absoluendi ptātem accepit a dño. sic ⁊ ipse nos a peccatorum nexibus absolui obtineat. Hac die dicit epla. Misit herodes. act. xij. c. Euāgeliū. Venit ihesus in ptes. mathei. xvj. c.

De festo machabeorum

Machabei isti sūt illi ꝺ q̄bus fuit iudas machabe us. de quib⁹ habet in. ij. macha/ beoz. Et cum eccl'a occidentalis nullius al terius sancti veteris testamenti festum cele bret. put dictū est in ꝓhemio huius partis. istoz tñ et innocentū festum recolit. Istoz quidez ꝓpter quattuor. Primo q2 passi sunt ꝓpter legis obseruatōnem. q2 vicz car/ nes porcinas ꝓtra legem comedere nolue/ runt. Scō ꝓpter martirij p̄rogatiuam put legit in hist'ia scolastica. Quia enī in audita supplicia sup sctos veteris testamēti ptulerūt. iō in hoc ꝓuilegiati sunt vt eoz passio celebret Tercio q2 ipsi fuerūt septē fratres. et numerus septenarius est nume/ rus vniuersitatis. Uñ in eis significant om nes martires veteris testamenti celebritate digni. et oibus illis in istis reuerentia exhi/ betur. Quarto q2 ipsi ostēdunt in exem plum martiribus noui testamenti. vt sicut illi p legis mosaice obseruatione passi sunt ita ⁊ nos maxime si necesse fuerit pati sim⁹ pati p euāgelica. Et ꝑm hoc magis celebra/ tur hoc festum ꝓpter significatuz. q̄z ꝓpter significans. Quidam vero dixerunt q2 isti machabei sunt illi septez fratres qui fuerūt filij felicitatis.

De inuentione sancti stephani

Sancti stephāi pro thomartis inuentō facta fuit die illa qua celebratur eius passio. Et passus est in die illa qua eius inuentio cele/ bratur. scz in augusto. Sed festa p ecclesiaz quattuor de causis translata sunt. Primo q2 cum beat⁹ stephanus fuit ꝓthomar tir. et martirium sanctoruz sit eorum natale in celis. merito statim post natale dñi nata le ꝓthomartiris stephani celebrat. Se cundo ꝓpter dignitatem. dignius nāq̄z est festum qd̄ est de morte q̄z aliud. ⁊ ideo ꝓpe/ tenter tanq̄z dignius statim post natiuita/ tem collocatuz est Tercio q2 officiū pas/ sionis eius ꝓcordat officio natalis domini Uñ est illud. Heri natus est christus in ter ris vt hodie stephanus nasceretur in celis

Quarto q2 in eius inuentōne maxima multitudo hominū venit. qui videntes mi racula plurima que fecit de⁹ in illius inuē/ tione maiori cultu diem illuz celebrauerūt annuatim q̄z etiaz diem mortis illius. Sta tuerunt ergo sancti patres. vt festum passio nis eius transferret ad hanc diem inuentio nis ⁊ festum inuentionis ad festum passio nis. q2 festuz passionis maiori cultu dignū est. vt ꝑplus hunc diem qui natale domini sequit feruētiori cultu celebret. q̄z diem eius dem festi in augusto. Alia etiam rō redde sub ipso festo.

De transfiguratione domini

Equitur de festo trāsfiguratiōis dñi. qd̄ est in die festi bti sixti. ñ q2 tali die trāsfigu/ ratio facta sit scz q2 tūc ab aplis q̄ secū fuerūt in monte fuit manifestata ⁊ publicata et ꝑ/ dicata. Precepat ei ne alicui diceret. donec a mortuis resurrexisset. illi aūt vsqz ad hanc diē sp̄z tacuerūt. Trāsfiguratōz ei ꝓstat fa/ ctā fuisse circa ꝓncipiū veris. eo scz die quo dr euāgeliū de trāsfiguratōe. scz scda bebdo mada q̄dragesie. Et nota q̄ q̄busdaz locis hac die ꝓficit sāguis christi d̄ nouo vino. si inueniri possit. aut saltē aliq̄ntulū d̄ matura vua i calice eliq̄t. Bñdicūt et racemi. ex q̄b⁹

ꝑlus cōmunicat. Et est rō hec. In die enim cene dixit ihesus discipulis. Amen dico vob̄ Amodo nō bibā de hoc genimine vitis. do nec bibā illud nouum in regno patris mei. Quia ergo q̄ dixit nouū ⁊ etiā transfiguratio ptinet ad illā gloriosam innouatōz quā christ⁹ habuit post resurrectōez ⁊ quā fideles post resurrectōez sunt habituri ideo in hoc festo sanguis christi ex nouo vino ꝓficitur. ⁊ ꝓpter hoc hac die noue vue bñdicunt. Lucianus papa statuit. vt ꝑme fruges ⁊ fabe sup altare benedicant.

De festo sancti laurentij

Beatus laurenti⁹

q̄ post beatū stephanum inter alios martires ꝑmatū obtinet vigiliam habet. nō q̄ maiorē penam sustinuerit q̄z alij. Nam multi tantā penā sustinuerūt. sicut beat⁹ vincentius. ⁊ beatus georgius. ⁊ alij q̄dam. sed ꝓpt officiuz ꝓdicationis ⁊ ꝓpter martirij locū. q̄ rome. ⁊ ꝓpter bonā am̄istratōez thezauroz ecclie. Vñ incipit introit⁹ in vigilia ipsius. Bisꝑsit dedit paupibus. In die vo habet ꝓpriū officiū vicz. Confessio ⁊ pulcritudo ꝛc. Et hoc iō dr q̄ ꝓpter ꝓfessionē fidei fuit assat⁹. et exaltatus. ⁊ apparuit eius sanctitas cū non timuerit sic tormentari ꝑ christo. Quia vo ipse in tormētis positus iubilabat. ac dño laudes cantabat ideo sequit versus. Cantate dño canticū nouū. In collecta vo illa. Da nob̄ q̄s domie ꝛc. orat eccla sic se liberari ꝑ dñm ab igne vicioz. ⁊ ipsa vicia in se extingui. sic btūs laurenti⁹ fuit liberat⁹ ab igne tormentoz. Vñ ipse dicebat tyranno. Bisce miser ḡnta est vtus dñi. Nam carbones isti non doloꝛē. sed refrigeriuz mihi ꝓstant. In epla vo. Qui parce ꝛc. ij. corinth̄. ix. c. agit de largitate elemosinaꝝ faciendā paupibus. Hō ꝓceptū strenue impleuit btūs laurēti⁹ qui thezauros ecclie dedit paupibus. Et vt eū in hoc imitemur dr. Justicia eius manet in seculū seculi. Rñsoꝛium ō passione eius est eo q̄ igne ꝓbatus fuit sicut aurū in fornace ꝓbat. ⁊ hoc est q̄ dicit. Probasti cor meum ⁊ visitasti nocte. q̄ ad literā de nocte fuit alsatus ⁊ a dño visibiliē visitatus. Et ideo dicebat. Nihil nos obscurū nō habz sed oīa in luce clarescūt. Versus est. Igne me exaimasti. ⁊ nō est inuēta in me iniq̄tas. i. inequalitas. q̄ semp ⁊ ꝓfecte in fide ꝓstans fuit. Vl nō fuit inuēta in eo iniq̄tas scz peccati. Alleluia est de nobili mīsterio eius. Et q̄ erat ꝓcipuus mīster. ideo in virtute dñi ꝓcipua opabat. Leuita inquit laurenti⁹ bonū op⁹ opatus est. q̄ ꝓ signū crucis cecos illuminauit ⁊ thezauros ecclie dedit paupib⁹. Leuita idem est q̄ assumpt⁹. vel offerens. q̄ ad hām assumpt⁹ fuit ad mīsterium diuinuz. Vñ legit ipm dixisse bto sixto. Quo progrederis sine filio pater. nunq̄d ō genere me ꝓbasti expiri vtz ydoneum mīstruz elegeris cui ꝓmisisti dñici sanguinis ꝓsecratōz. Itez fuit leuita. i. seipm offerens. Vñ ipse in tormētis posit⁹ dicebat. Ego me obtuli hostiā deo in odoꝛē suauitatis. Et ideo de eo in nocturnali officio cantat eccla. Meruit eē hostia btūs laurētius qui dū assaret dñm non negauit. ⁊ iō inuētus ē sacrificiū laudis. Et q̄ deus laudād⁹ est de tāta patiētia ꝓcessa martiri. ideo ꝓdicta sub alla cantāt. In euangelio vo. Nisi granū frumenti. q̄ est io. xij. agit dñs de mīstris suis ⁊ de ꝑmio ipsoꝛuz. dicēs ꝑmo de ope ipsoꝛ. Qui mihi mīstrat me sequat. Et post de ꝑmio adiūgit dicens. Et vbi sum ego illic ⁊ mīster meus erit. Si q̄s mihi mīstrauerit honorificabit euz pat meus ꝛc. Cum igit inter mīstros ꝓcipu⁹ fuerit btūs laurēti⁹. ideo istud euāgeliū in ei⁹ festiuitate cātat. Hz q̄ ꝓpulegiatū mīsteriū est ꝓdicatō ⁊ ꝓfessio noīs dñi coꝝ regibus et ꝓncipibus. ideo sequit offertoriū. Cōfessio ⁊ pulcritudo ꝛc. In postcōmunione q̄z agit de mīstris ⁊ merito ipsoꝛ. Qui mihi ministrat ꝛc. Ad horas dr capīm. Qui pce. ij. corinth̄. ix. c. Et nota q̄ iste sanct⁹ ꝓpter tres ꝓrogatiuas supra in ꝓncipio positas ī trib⁹ ꝓulegiatus est. Primo quoniā ipse solus inter martires habet teiunū institutionis. Scdo in octauis. quoniā iste tantū ⁊ btūs stephan⁹ octauas hñt inē martires. sic beatus martin⁹ inē ꝓfessoꝛes. De hac octaua dictū est in fine ꝓhemij huius partis. Tercio

in regressibus antiphonaꝝ. In ℟ ei festo q̄ dam ỽsiculi p̄mittunt antiphonis vt dictū est in. vj. pte sub dñica de trinitate. Btūs laurenti⁹ fuit archidyacon⁹ rome p⁹ quē nll's dr archidyaconus ibi fuisse.

De assumptione beate marie virginis

Jeronim⁹ dicit

Qū̄ bta maria assūpta fuerit. siue in corpe siue extra corpus nescio. de⁹ scit. Aug⁹ ỽo dicit q̄ in corpe. veritas tn̄ est q̄ p̄mo assumpta est in aīa. vtrū ỽo corp⁹ in ṫra remanserit incertū habeō. et melius est pie dubitare. q̄z aliq̄d circa ℟ temere diffinire. pie tn̄ credendū est eā totaliṫ fuisse assumptā. Uerū q̄dā religiosissima mr elizabeth noie de ptib⁹ saxonie. asseruit sibi reuelatū fuisse. q̄ p⁹. xl. dies p⁹ assūptiōz aīe assūptū fuit corp⁹. ⁊ inde ꝓposuit q̄ndā tractatum. q̄ tn̄ nō est autēticus. Refert ephiri⁹ q̄ btā ỽgo q̄n christū ꝓcepit erat ānoꝝ. xiiij. ⁊ in. xv. ip̄m pepit. ⁊ cū eo mānsit ānis. xxxiij. ⁊ p⁹ morte christi supuixit ānis. xxiij. Et p̄m ℟ tpe obiit⁹ sui erat ānoꝝ. lxxij. Probabili⁹ tn̄ vt videt dicūt alij. q̄. xij. annis filio supuixit. ⁊ sic septuagenaria est assumpta. cū apli totidem ānis p̄dicauerūt in iudea. ⁊ circa ptes illas. In ℟ festo dicunt quedā que i eccliaꝝ dedicatōnib⁹ dicunt. q̄ ad eā ptinēt. Cātat etiā de libro canticoꝝ. l. Osculet me osculo. ⁊c. Rn̄soria ei antiphone. ⁊ lectōnes inde sumunt. q̄ liber est de amoꝝib⁹. q̄ in carne manēs maiorē habuit dilectōz q̄z aliq̄ creaturā in carne viuēs excepto christo. et ideo ꝑ excellentē caritatez quā habuit in ṫris meruit ascēdere sup ā gelos. In carne ei ꝑter carnē viuere. nō ṫrena sed celestis vita est. Et ꝑpetuit ℟ festū estiuo tpi. q̄ p calorē ignis caritas ascendit. Rursus legit et cantat de cantico amoris eo q̄ btā ỽgo figurā tenz eccle. sicut ei ipsa mat est ⁊ ỽgo ⁊ spōsa. sic ⁊ eccliа mat sanctoꝝ nomē tenet ỽginitatis ⁊ spōse. Uirginitatis inquā mentis ⁊ fidei. q̄ ꝑualet ỽginitati carnis. spōse q̄ ipsa est sponsa christi Uñ apls. Despondi vos vni viro ỽginem castā exhibere christo. Est aūt vt dicūt q̄dā cantici legenda medietas vsq̄z ad octauas. Alia ỽo medietas vsq̄z ad natiuitatē eius dez ỽginis reseruet. Hinc ergo ꝓgrue accedit q̄ circa festū istō libri salomonis legant. Et ꝑmittunt. antiphonis q̄dā ỽsiculi. vt dictuz ē in. vj. pte sub dñica de trinitate. In calcedoneñ. ꝓcilio q̄ō btūs leo papa celebrauit statutuz fuit vt ỽgo maria. mat dei appellaret. Alij tn̄ dicunt q̄ in ephesino iussu celestini pape p̄mi celebrato. Item nota q̄ ille p̄mo hiero. Cogitis me o paula ⁊ eustochiū. qui a q̄busdā in ℟ festo in eccliа legit. nō debz legi nisi in refectorio vel capl'o. q̄ ad ℟ factus fuit. Dicit aūt ad horas capl'z. In oib⁹ req̄ ecc'. xxiij. c. In vigilia assūptōis dr epla. Alb initio. ecc'. xxiij. Alie eccliе dicūt. Ego q̄si. q̄ est ibi dē. Euāgeliū ē. Exurgēs maria. luc. j. c. Alie ecc'e dicūt. Loq̄nte iesu. xj. c. Offertoriu̇m. Oro mea mūda. iob. xvj. Cetez i missa dici legit epla. In oib⁹ req̄m q̄siui ⁊c. ecc'. xxiij. c. In oib⁹ ei q̄siuit vitā einā. ⁊ iō habuit illā. Sequit. Et q̄ creauit me. req̄euit i tabernaculo. i. in vtero meo. Et q̄ dñs in vtero beate ỽginis req̄euit. iō ipe dedit illi suū taberna culū. i. celū. Et sic ipsa fecit dño thronū grandē. Uñ ipsa dicit. Magnificat aīa mea dñm. ⁊. iiij. regū. x. c. thronum fecit rex salomon de ebore grādē. ita ei fecit dñs thronū grādem in celo. q̄n exaltauit eā sup angelos. Euangelium legit de martha ⁊ de maria. s. Intrauit iesus. luce. x. q̄ō p̄ma facie ptinere nō videt. tn̄ bn̄ ptinēs est p̄m allegoriā. Intrauit ei iesus in q̄dā castellū. i. in btām ỽginē que dr castellū q̄ē terribil' demonib⁹ ⁊ bn̄ semunit ꝓtra dyabolū ⁊ vicia. Diminutue at dr castellū ꝓp̄ humilitatē. ⁊ dr q̄dā. ꝓp̄ singularitatē. q̄ nec p̄ma filius visa est. nec habere sc̄ntē. Et martha. i. actiua vita recepit eū. diliḡtissime ei nutriuit puez suū. ⁊ tulit in egiptū. ⁊ pus se pbauit in actiua vita eūdo ad elizabeth ⁊ fuiēdo ei Et sic ipa fuit martha i actiа vita. ita ⁊ fuit maria magdalena i ptē platiua. Uñ i alio euāgelio habet. Maria seruabat oia vba hec ꝓferens in corde suo Hec ei due sorores significāt vitā actiuā ⁊ vitam ꝓtemplatiuā. q̄ plene fuerunt in beata ỽgine p q̄s ipa sublimit' honorabiliter atq̄z

delectabiliꝝ in sepsa recepit christū. Illō aūt notandū est. q̄ ꝯtuor sūt euāgelia de beata maria. Unū est. Missus est gabriel. qō nō debet dici nisi in aduētu dñi ⁊ in ānūciatōe eius. Alia tria pñt cantari q̄tiens de ipa peculiaris missa cantaī tanq̄z cōia que sī ista Extollens vocē quedā mlr ⁊c. Aliud. Albi maria in montana ⁊c. Aliud. Stabat autē iuxta crucē ⁊c. Itē nota q̄ hoc festū hz ieiunium ⁊ octauas. qō ñ habet aliud festū ō illa hoc ei festū maiꝰ est oibus alijs que fiūt de illa. Silr et de q̄libet sancto maiꝰ festum est trāsitus illius q̄z aliud de illo. q̄ de miseria transit ad vitā. excepto ō iohāne bap. Quare aūt herbe colligant ⁊ bñdicant in ß festo ipsa legēda indicat. q̄ btā maria ꝓpaī rose et lilio. Unā sicut spina rosam genuit. ita iudea mariā. Officiū beate marie v̄ginis nō debet q̄ tidie sed in sabbato solēnit dici. put dictū est in. vj. pte sub ti. de tpe aduēt. In q̄busdā tñ ecclīs non dr a q̄nta feria cene dñi vsq̄z ad octauas pente. dicētes q̄ tūc in eccla oīa breuia eē dñt Legit tñ q̄ cū q̄dā sacerdos aliā forte missā nesciēs. oī die missā ō bta v̄gine celebraret eps eū ab officio suspendit. sed v̄go beata ipsi epo ex hoc grauissime cōminata est. ⁊ iō ipse suspēsionē hmōi relaxauit

De sancto bartholomeo

Eatus bartholomeꝰ p̄mo p̄dicauit vt dixit btūs theodorꝰ abbas in ligdonia. postea in india. deinde in albania ciuitate armenie. vbi p̄mo excoriatꝰ ⁊ postea decollatus est. deinde trāslatus dr beneuēti. q̄z⁹ hodie rome eē dicaī. Quidā aūt celebrant festū excoriatōnis. ⁊ q̄dam decollatōnis sic dictū est i. vj. pte sub q̄rta feria tercie hebdomade aduētus. Et nota q̄ in q̄rentibꝰ beatum bartholomeū dem on ip̄m ita descp̄sit dicēs. Capilli eius nigri ⁊ crispi. caro candida. oculi grādes. nares coequales ⁊ directe barba plixa habēs paucos canos. statura equalis. collobio albo clauato purpura vestiē. induī pallio albo qō p singulos angulos habet gēmas purpureas.

De festo decollationis sancti iohannis

Estuz decollatōnis beati iohīs celebrat ecclia q̄ p̄ vitate mortuꝰ est. sed nō sic solenniter sic festuz natiuitatis eiꝰ eo q̄ descēdit ad inferos sicut dicit gregoriꝰ sup illū locū. Tu es q̄ v̄turꝰ es. an aliū expectamꝰ. Fuit aūt decollatꝰ in tpe paschali p herodē regez anno triceſimo scdo a natiuitate dñi scz āno p̄cedente passionē dñi. Et ipse in āno triceſimo cepat p̄dicare. Et ita ß festū est de decollatione. Et nota q̄ tres fuerunt herodes q̄s coꝝ infamis crudelitas fecit famosos. Ipōmus dictꝰ est herodes ascalonita sub quo natꝰ est dñs a quo innocētes occisi sunt. Secundꝰ antipas qui iohem decollauit. Tercius agrippa q̄ iacobū occidit ⁊ petrū incarcerauit. Unā v̄sus. Ascalonita necat pueros antipa iohem. agrippa iacobū claudens in carcere petz. Sane decollato iohāne discipuli eius corpus sepelierūt in sebaste vrbe palastine. ⁊ caput in bierlm bumatū est iuxta herodis habitaculū. ⁊ vbi corp⁹ sepult iacebat. multa deꝰ miracula opabaī. Unō multitudo magna christianoꝝ illuc cōfluebat. Q̄ō videns iulianꝰ apostata iussu eius gentiles ad dedec⁹ sancti iohīs ꝓfregerunt mausoleū. et ossa eiꝰ p agros sparserūt. Sz cum christiani illuc venirēt. ⁊ miracula nō cessarent. itez gentiles ossa collegerūt et cōbusserūt. Sz digitꝰ ille quo dñm adiordanem venientē monstrauit dicēs. ecce agnꝰ dei. ⁊c. nō potuit ꝓburi. Multi tñ christiani monachi a hierosolimis q̄ intererāt cū gentilibus ossa colligentibꝰ q̄t occultare poterant reseruauerūt. tulerūtq̄z ossa ad philippum hierosolimitanū epm. q̄ misit ea piuliānū dyaconū anastasio alexandrie epo. q̄ post theophilꝰ vbis eiusdez epūs in templo serapis reposuit. ⁊ basilicā in honorē eiꝰ cōsecrauit. Uñ hoc festū de decollatōe ⁊ ꝓbustione ossium. est sm magistrū gilbertū. q̄ō celebrat ecclia q̄si p tā mortuo scōm martirū. q̄ in suis ossibꝰ q̄dāmō passus est. Alij dicūt q̄ btā tecla digitū beati iohīs. q̄ ꝓburi

nō potuit ō vltra marinis ptib⁹ afferens in marianā. ibi ad honorē beati Iohīs fū dauit ecclīam. ⁊ hac die dedicata est ei ecclīa. qꝙ statutū fuit a dño papa vt ℔ dies ad honorem beati Iohīs p totū mōm semp celebris haberet. ⁊ ꝑm ℔ videt qꝫ debz dici festū dedicatiōis. Rursus btūs Iohēs caput suuz qđ in birim fuerat humatū reuelauit duobus monachis orientalib⁹ q̄ hierm adorare venerant. q̄ iuxta herodis habitaculuz illō. vj. kl̄. maij inuenerūt. Sz post ab alijs platuz est in emissaz cuitatē et i quadā specu igno biliter reconditū. donec denuo marcello p̄sbytero fuit reuelatū. ⁊ p eusdez vrbis epm quarto kal̄. septēbris reuelatū. ex q̄ tpe cepit i eadē vrbe decollatio celebrari ea die vt arbitror q̄ caput ē reuelatū. ⁊ ita ℔ festū pōt dici reuelatōis. Hoc g⁹ festū pōt eē ō decollationeꝝ ō collectōe ossiū. vel de dedicatōe ecclē ad honorē illi⁹. l̄ de reuelatōe. Hac die dicunt q̄dā epl̄a. Expectatio iustorum. puer. x. c. Et euāgelū. Misit herodes. mar. vj. c. ⁊ Alla. Erat lucerna. Iohīs. v. c.

De sanctis felice et audacto

Ciendū est quod

cū beat⁹ felix traheret ad mortez p noīe christi. q̄dam repente se in medio ptulit dicēs. Et ego sum christian⁹ Dixerūt carnifices. Ergo venies ⁊ tu. Cum aūt nomē illius ignorarēt vocat⁹ est audactus. q̄si beato felici audact⁹ associat⁹. sicut ⁊ beat⁹ Iohēs alexandrin⁹ epūs ob eximiā in pauperes christi pietatē. Iohēs ēlemosinari⁹ dict⁹ est. cui⁹ festū. ix. kl̄. februarij celebratur

De natiuitate beate marie virginis

Estum natiuita

tis beate marie. qñ viz in mūdo nata est. iō celebrat. q̄ fuit in vtō sanctificata iuxta illō psalmiste. Sanctificauit tabernaculū suū altissim⁹. In hoc festo legit genealogia saluatoris. imo ipsi⁹ btē virginis q̄ de eadez fuerūt genealogia. Vñ legit euāgelū matth. j. c. Liber generationis. de q̄ dictū est in. vj. pte sub natali. ⁊ sub festo ap̄lorum philippi ⁊ iacobi. ⁊ epl̄a. Ego q̄si ecclē. xxiiij. c. Ellue ecclie dicūt. Vñs possedit me. puer. viij. Cantat etiā historia de laudibus ipsius virginis. In q̄busdā tñ ecclīs legunt cantica canticorum. q̄ magis ptinent ad festū assumptōnis. put ibi dictuz est. Dicit etiā ad horas caplm. Ego q̄si vitis. eccl̄. xxiiij. c. Sane ℔ festū olim ñ celebrabat. sz q̄dā vir religiosus plurib⁹ ānis audiuit angelos in hac nocte solēnizantes in celis. cui cām que renti reuelatū est angelos gaudere. quoniā btā virgo nata fuit in illa nocte. qđ aplicus autēticauerat ⁊ festuz celebrari ꝑcepit. vt in solēnizando celeste curie cōformemur. Hō aūt bz hoc festū ieiunii institutōnis. pōt tñ habere deuotōis. Olim etiā nō habuit octauam sed innocentius papa. iiij. eā instituit. Vacāte ei romana ecclia p obitum gregorij pape. ix. cardinalib⁹ ꝓcordare neḡuntibus romani p⁹ plures dies eis inclusis multiplices molestias eis inferebāt. ppt qđ dicti cardinales regine celi vouerūt. q̄ si ei⁹ meritis ꝓcordarēt. ⁊ abire libere possent octauā sue natiuitatis diu neglectā celebrandā deceterō statuerēt. Sicqz in celestinū papā cōuenerunt. ⁊ liberati sunt. sed q̄ idez celestinus vixit solū. xviij. dieb⁹ nō potuit votū implere. qđ postmodū dict⁹ innocēti⁹ ei⁹ succesor impleuit. Et nota q̄ ecclia tres natiuitates solennizat scz Iohīs bapt̄. beate marie. et christi. Siqdez Iohēs fuit lucifer. q̄ sicut lucifer ꝑcedit solem. sic ipse christū. p̄m⁹ enim apte ꝑdicauit. maria fuit aurora. natiuitas christi ort⁹ solis. q̄ in eo splendor patris apparuit. Predicte aūt tres natiuitates designant tres spūales natiuitates. Nam renascimur cuz Iohāne in aqua cū maria in penitentia. ⁊ cū christo in gloria. Cū igit̄ oporteat q̄ contritio ꝑcedat natiuitatem baptismi in adultis ⁊ natiuitatem glorie similiter ideo merito ille due vigilias habent. Sed cum penitentia tota sit p̄ vigilia. nō oportuit q̄ ipsa vigiliam haberet. Et ideo hoc festuz vigiliam siue ieiunium nō habet. Et est sciendum q̄ beatus fulbert⁹ episcopus cardinensis fecit illa tria rīsoria. Stirps yesse. Solem iusticie. et Chorus noue hierusalē.

De exaltatione sancte crucis

Xaltatio sancte

crucis dr qr cosdreas rex psarum bierosolimā venit ⁊ lignum dominicum inde secū tulit. ⁊ facta domo celo simili. in ea dē sedē sibi fecit. ⁊ lignū a dextris posuit loco filij. gallum vero a sinistris loco spūssancti. ⁊ ipse stans in medio se deum vocari iussit. Qđ audiens eraclī impator romanus aciem mouit iuxta danubium. q̄ fluuius est psarum. nō hunc q̄ in sueuia nascit sed alū ciusdē nois. inde victo filio cosdree singulari certamīe crucem dñi tulit. Et cum appropinquaret in magna pompa bierlm. porte ciuitatis p angelū clause sūt. ne intraret. Qui cū vehemēt ammiraret. audita ē vox de celo dicens. regē regum nō sic intrasse bierlm phaleratū. q̄ñ p oībus patri venit. sed humilē et supazinam sedentē. Et statim recognoscens elatōem suā. de equo descendit. ⁊ humiliat⁹ est valde. et porte ei sponte apte sunt. ⁊ nudis pedib⁹ ciuitatē intrauit. et in eius introitu multi diuersoꝝ morboꝝ generib⁹ detēti curati sunt p crucē. ⁊ impator ipse in bas deuotissimas crucis prupit laudes dicens. O crux splendidior cunctis astris mōdo celebris ⁊c. Ille ergo crucem exaltauit ⁊ exaltationis diem in futurū epīs sibi psentiētib⁹. in suo impio statuit eē solennez Sergius vo papa longis post tpib⁹. in sacrario beati petri inuenit capsam argenteā ⁊ in ea crucē ex salutifere ligni magna portione ꝓpositam lapidib⁹ pciosis adornataz. que posita in basilica saluatoris. adoratur a pl̄o in die exaltatōis Est aūt maius festū inuētionis q̄z exaltatōnis ppt̄ auctoritatem istituētis. Nā illō a papa .s. eusebio istō vo ab impatore istitutū est. In h festo dr epl̄a. que dr in ramispalmarū. qr in ea agit de exaltatiōe sancte crucis. Alij legūt illā. Christ⁹ fact⁹ est. ad philip. ij. c. Legit etiā in q̄busdaz ecclīs euāgelū. in q̄ fit mentio de aduentu christi ⁊ fulgore. Sicut fulgor exit ⁊c. quod et dici ꝓsueuit tpe aduent⁹. In alijs vero dr euangelū de nicodemo. qđ quidā dicūt in festo inuētionis sancte crucis. Ibi ei dr. Sic moyses exaltauit serpentē in deserto ita exaltari oportet filiuz hoīs. Cōmuniter tn dr q̄ melius ē dicere euāgelū Nūc iudiciū ē mundi iob. xij. c. i quo dr. Cū exaltat⁹ fuero a terra oia trabā ad meipm. Prefatio vo illa dr que añ pascha p. xv. dies seu i q̄busdā ecclesijs p q̄nq; dr vl̄ vt alij volūt illa que dicit in tpe paschali. Dicit etiam ad horas capl̄m. Christus fact⁹ est p nobis ad philip. ij. c.

De sancto matheo apostolo, et euangelista

Eatus matheus

leuita fuit. Erat aūt hebre⁹. ⁊ idō hebraice scripsit hebreis in iudea. sed postea liber ei⁹ fuit translat⁹ in grecum deinō in latinū. Et nota q̄ euāgelū. qđ ipse pprijs manib⁹ anno dñi q̄dragesimo scripsit cum ossib⁹ beati barnabe reptū est. qđ q̄dē euāgelū btūs barnabas secū ferebat ⁊ sup egros illud ponēs tā fide barnabe. q̄z merito beati mathei. ꝓtinuo liberabat. Marc⁹ vo edidit aquileie euāgeliuz anno dñi. xlij. Dicit hodie epl̄a. Unicuiq; vestrū. epl̄. iij. ca. Alij vo dicūt. Similitudo vult⁹. ezech. j. c. Euāgelū est. Bū transiret iesus. math. ix. c. In vigilia vo est euāgelū. Vidit iesus publicanū. luce. v. c. Predicauit aūt sub gayo caligula impatore q̄ sic dictus est. quoniaz nat⁹ est in expeditiōe. ⁊ cooptus caligis. Johānes aūt scripsit sub numa. marcus sub nerone. Beluca incertum est. q̄dam tn dicūt q̄ sub nerone.

De sancto mauricio et socijs ei⁹

Um galli exer

cuissent exercitū in romanos dux egipti collegit exercitum in quo fuit btūs mauricius q̄ sub se bēbat legionem. in q̄ erant sex milia sexcenti ⁊ sexaginta sex. Cum ergo eēnt in exercitu. tyrān⁹ voluit eos cogere adorare ydola qui nolue runt. ⁊ pterea decimā ptem accepit tyrannus ⁊ interfecit. Qđ videns btūs mauricius. puertit sermonem ad socios orans vt viriliter starent. ⁊ sic ab eo cōfortati passi sunt martirium. Fuerunt aūt baptizati. añq; ro

maz venirent. Et nota q̄ ō: de mauricio et thebea legione q̄ iueniunt̄ pl'es thebe. Una in egipto vbi sūt mauri. Altera ī grecia vbi sunt thebani. Alia ī india. vbi sunt thebite. Isti socij mauricij erāt de egipto.

De festo beati luce euangeliste

Vcas sirus fuit

natione z anthyocenus patriarcha. z p̄dicauit ī bithinia vbi suam mortē nō martirio finiuit. Fuit etiāz pictor z medic⁹. z ſm hiero. fuit discipul⁹ apostoloz. z ñ dñi. Venit ei ad fidē post dñi resurrectiōem vt legit̄ in glosa sup ezech̄. licet q̄dam dicāt q̄ fuerat ō septuaginta duob⁹ discipulis dñi. et scp̄sit euangeliū in achaia Vixit aūt octogintaq̄ttuoz ānis. Ipse euangeliū z act⁹ apl'oz ꝓposuit. Fuit discipulus bti pauli a q̄ didicit qō docuit. sicut z beat⁹ marcus a btō petro. In ꝓlogo tñ euangelij sui iuenit̄. q̄ ipse didicit mlta a q̄busdaz q̄ in p̄ncipio cum dño fuerunt. Sed btūs paulus nō fuit a p̄ncipio cum dño. ergo nō didicit ab eo qō docuit Solutio. q̄dā didicit ab eo. z quedā ab alijs. ſz maxime a btō paulo. Credit tñ q̄ ipse ad beatā virginē tanq̄z ad arcam testamēti recurrens. ab ea de multis certificat⁹ fuit p̄cipue de his q̄ sibi soli ꝓstabant. sicut de angelica annūciatōe. et christi natiuitate. z hmōi. de q̄b⁹ solus lucas agit.

De festis sanctoz simonis et iude apostoloz

Acobus minoz

frater dñi. z simon. z iudas. z ioseph q̄ z barsabas z etiā iustus cognoiatus est. ne ꝓp̄t iniusticiā ab apl'atu fuisse reprobat⁹ credat̄. frēs fuerunt filij marie cleophe. q̄ alpheo nupta fuit. Simō autem iste dict⁹ est zelotes. dict⁹ est etiā simon canane⁹ qō idē est a cana vico galilee Cana ei zelus interp̄tat̄. habuit ei magnū zelū aiarum. Judas etiā multipl'r cognoiatus est. Dict⁹ est ei iudas iacobi. supple frater. vt p̄missum est. dict⁹ est etiā thadeus a tharta qō est regia vestis. z de⁹. Vel thade⁹ interp̄tat̄ a p̄rehendēs p̄ncipē. Ipse ei fuit vestis regia p ornamenta v̄tutū p̄q̄s ap̄prehendit p̄ncipez christū. Dict⁹ est etiā lebeus qō sonat cor vl' corcul⁹. i. cordis cultor. Int̄ p̄missum ioseph z mathiā sortes iacte sunt. Et ō simone ō: q̄ crucifixus mortu⁹ est. Alij tñ dicut q̄ nō est iste simon q̄ fuit filius cleophe sed alⁱ⁹ simon crucifix⁹ est. Iste simō p̄dicauit in egipto. postea vō venit in britm. z ibi fuit ep̄s post beatū iacobū minorē q̄ dict⁹ est frat̄ dñi. z ibi crucifix⁹ est. Vixit autē centuz viginti ānis z suscitauit anteq̄z moreret xxx. mortuos. Ūñ in ei⁹ legenda inuenitur Ter denos mortuos mersos fluctib⁹ būane vite reddidit vsib⁹. Filū eni hospitis sui mersum fluctib⁹ suscitauit. Mortu⁹ autez est in botboro z nō in pastoforio ſdastoforium. vt q̄dam volūt est portic⁹ templi. in q̄ iacebant custodes templi. Judas autē p̄dicauit apud persas z medos z mortuus est apud armenos.

De festo omnium sanctoz

Vm sigula vdo

la romanoz rome templū habere nō possent. romani vnuz templuz in bonorē sybeles matris deoz. z oīm deoz ipsoz fecerūt. qō dictū est pantheon. a pan qō est totū. z theos de⁹. Successu vero tempoz bonifaci⁹ papa petiit a foca cesare impatore p̄stātinopolitano. q̄ p̄eret romanis. templū illud sibi dari. q̄ obtento abiectis inde ydolis dedicauit illud. iuj. ydus maij. ad honorē beate marie ỹginis et oīm martiz. et dictū est festū illō beate marie ad martires. Mōdū ei fiebant festa de p̄fessoribus sed solū ō martirib⁹. Ūñ tūc institutū fuit festū beati iohis añ portā latinā occasione martirij qō q̄ntum in se fuit sustinuit. Statuit g⁹ idē papa vt singlis ānis illa die celebrare festū de martirib⁹. sic in kalend. eiusdē mensis celebrat̄ festū ap̄loz. Et in honore beate marie z oīm martiz cātauit ibi Terribilis est locus iste ⁊c. q̄ tantū in dedicatione eccl̄ie solet dici. Vel gregorius. iuj. hoc festū martiz trāstulit ad kalend. nouēbris. vt tūc collectis terre frugib⁹ ꝓuenientes ad festū possent copiosius victualia inue

nire.instituēs tūc fieri festū nō solū apl'oꝝ martiꝝ.sed etiā sancte trinitatis.ꝛ oīm angelo ꝝ ꝓfessoꝝ.ꝛ generaliter oīm sanctoꝝ et sanctaꝝ.et etiam electoꝝ.vt ptz in hymno.ꝛ illi⁹ officiū ordinauit. Institutuz aūt fuit ꝫ festū q̄ttuor de causis. Primo ppt̄ p̄missaz templi dedicatiōem. Scō ppt̄ omissoꝝ festoꝝ supplētiōem. Nō enī ppt̄ ipsoꝝ multitudinē de oībus specialit festare valem⁹. Tercio ppt̄ negligētiaꝝ in festis q̄ celebrauim⁹ p̄missaꝝ expiatiōez.et ꝫ rō tangit in p̄mone qui hac die ī ecclīa recitat.vbi ita dr. Decretuz est vt die ista oīm sanctoꝝ memoria habeat.vt q̄dquid humana fragilitas p ignorantiā aut negligentiā vel p occupatōez rei secularis in solēnitatib⁹ sanctoꝝ min⁹ peregisset in hac sancta obseruatōe p̄soluatur. Quarto ppt̄ faciliorē oꝝōnum nostraꝝ impetratōem. Facili⁹ enī q̄ petim⁹ obtinebimus si simt'oēs intendāt p nobis.q̄ impossibile est multitudinē nō exaudiri. Unde in oꝝōne hodierna dr.multiplicatis intercessoribus largiaris. Quare aūt festa sanctoꝝ celebrent.dictū est in ꝓbemio b⁹ ptis. Hoc festum bz ieiunū institutōis.nec debet q̄s comedere illa die vsqz ad vespas.nec ieiunuz debz mutari vt q̄dam faciūt ppt̄ sanctū q̄ntinū. Quia vō hoc festū oīm sanctoꝝ est generale ideō variat illius officiū,put habetur varietas oīm sanctorū. Primum ei antipbona.ꝛ p̄ma lectio.ꝛ p̄mū rīsoriuz de trinitate cātat.q̄ festū ē trinitatis. Scōo loco cantat de beata maria. Tercio dr angelis. Quarto de ꝓphetis. Quinto dr aplis. Sexto de martiribus. Septimo de ꝓfessoribus. Octauo de vginibus. Nono de btis oībus simt'. Autoritas aūt illius officij obseruat in lectionibus. Nā in q̄busdā ecclīs in hoc festo maior in ecclīa.etiā epūs si p̄ns fuerit.lectōem legit de trinitate.scz p̄mā.vel decan⁹.vel saltē sacerdos.ꝛ sic fit descēsus p psonas in legendo vsqz ad puerol. Octauā nanqz lectōz de vginib⁹ legit vnus ex pueris. Nā semp nonam lectōnem maiorus est legere. Octauū etiā rīsoriuꝫ dicūt de vginib⁹ scz. Audiui vocē.q̄ cantat a q̄nqz pueris coram altare beate marie vginis si fuerit ibi.candelas in manib⁹ tenētibus ad repūtatiōz q̄nqz prudentū vginū lampades ornatas ꝛ accēsas bīntuz. Dicit etiā capl'm. Uidi turbā.apoc. vij.c. Ad missaz vō dr epla. Ecce ego iohes. que est apoc.vj.c. Alla. O q̄z glorioſū.apoc vij.c. Euāgeliū. Uidēs ieſus turbas.math. v.c. In vigilia vō dr epla. Ecce ego iobānes apoc.v.c. Et euangeliū. Descendens ieſus. luce.vj.c.

Officium mortuorum

Dc loco de offi

cio mortuoꝝ dicēdū est.et q̄nqz vocat agenda.ab ago gis.q̄ inter cetas sui significatōnes agere idē est q̄d celebrare. Inde ergo officiū ordinatū ad celebrem defunctoꝝ memoriaz agēda.vocat. Q̄nqz etiā vocant exequie ab exequor exeq̄ris.q̄ int alias sui significatōes exequi idez est q̄d extra alia seq. Officiū ergo seu obseq̄um in sepulturis mortuoꝝ exequie vocant q̄ celebrat dū mortui extra viuos sepeliēdi ferunt.vel q̄ extra horas canonicas speales ꝛ singulares bz obſuantias. Sane ꝫ officiū ꝓtinuat festo oīm sanctoꝝ.et sunt tres dies ꝓtinui.trib⁹ misterijs deputati. Nā vigilia oīm sc̄oꝝ dies est afflictiōis.solēnitas dies est exultationis.hodie vō dies est oratōnis In primo nos ieunando affligimus presentis vite miseriā recolentes. In scōo beatitudini sanctoꝝ ꝓgaudem⁹ grā rumactōes dño referētes. In tercio ꝓbis q̄ in purgatorio detinent oram⁹.eis mō penā mitiorem modo plenā absolutōz oꝝōnib⁹ impetrantes. Siq̄dem p̄memoratio oīm fideliuz defūctoꝝ instituta est fieri ab ecclīa tali die vt generalib⁹ bīficijs adiuuent.qui specialia habere nō valēt.sic et de festo oīm sanctoꝝ p̄missum est. Sicut ei petr⁹ damianus ait. Sanct⁹ edibo ꝓperīes q̄ apō vulcanū cicilie crebre voces ꝛ vlulat⁹ demonum audiebant plangentiū p eo q̄ aīe defunctoꝝ p elemosinas ꝛ oꝛōes de eoꝝ manib⁹ eripiebāt ordinauit in suis monasterijs vt post festū oīm sanctoꝝ fieret p̄memoratio defunctoꝝ

qō fuit postmodū a tota ecclia aprobatuz. Primo ergo videam⁹ a qbus fuit institutuz tum officiū mortuoz. Scō vbi habuit initium. Tercio ō mō celebrādi illud. Quarto de mō sepeliēdi. Fuit aūt pmo institutuz ab aplis. sed nō ab origine vt testat̄ ysidor⁹ in libro de ecclīasticis officijs. qō fuit adauctū et ex maxima pte ordinatū ab ipso. Vñ ipm ꝓmēdat btūs aug⁹ in encheridion dicens eū fuisse pm in ecclīasticis officijs post aplos. Hoc officiū initiū habuit in veteri lege. Naz sicut ait ambro. mortuo iacob. ioseph z alij frēs sui cū multis egiptijs attulerūt eū i ebron. sed ꝑus eū fleuerūt. xl. dieb⁹ in egipto. z postea fleuerūt eū. vij. diebus in zab. gene. l. c. Itē legit̄ i deute. vlt. c. q⁹ mortuo moyse fleuit ꝑplus israel. xxx. dieb⁹. z silr fecerūt de arron z de maria. Item dicit salomon. Luct⁹ filij sapientis mortui. vij. dieb⁹ luct⁹ filij stulti sempiternū. ideo q⁹ ineinū puniet̄ur. Nota aūt q⁹ q̄dam faciūt memoriam ꝑ defunctis die tercia seu ꝑ tres dies. repsentantes triduanā dñi sepulturā. seu respectū hñtes ad resurrectiōez christi qui die tercia resurrexit. resurrectiōez cū christo mortuis ꝓoptantes. seu ad trinitatē. Vel etiaz vt qō viuētes triplicit̄ peccauerūt vicz cogitatiōe verbo z ope. remittat̄ eisdem. Alij vō faciūt missam celebrari septē diebus seu ꝑ septem dies Et vtrūqz ostendit̄ in libro numeri. xix ca. vbi dicitur q⁹ q̄ tetigerit cadauer mortui hois. ac ꝓpter hꝰ septē dieb⁹ immūd⁹ fuerit aspergēt ex hac aq̄ die tercio z septimo z sic mūdabit̄. Sane immūdus ꝓpter cadauer mortui hois significat pollutaz animā ꝓpē mortua opa. Celebrat̄ ergo ꝑ septē dies. primo vt defūct⁹ ad sabbatū eterne q̄etis citi⁹ valeat puenire. Scō vt ei remittant̄ omia peccata que ꝓmisit i vita sua que ꝑ. vij. dies ducit̄. Tercio ꝓpter septenariū aiē z corpis Anima ei tres habz vires. s. rōnabilitatem. ꝓcupiscibilitatē et irascibilitatē. corpus vō ꝓstat ex q̄ttuor elementis. vt ergo peccata q̄ homo ꝑ hoc septenariū siue in hac vita que ꝑ septem dies ducit ꝓmisit deleant̄. septenariū mortuis celebrat̄. Quarto sic filij iacob prē defuncto fleuerūt ꝑ septē dies vt ꝑmissum est. ita et ecclīa ꝑ suis defūctis celebrat officium septem diebus. Quidam aūt faciunt nouendinale. id est officium nouez dierum. vt per hoc officium mortuorum. anime a penis liberate nouez angelorum ordinibus associentur. hoc tñ a quibusdam nō aprobatur. ne gentiles imitari videamur a quibus hoc sumptum esse videtur. qui nouem dieb⁹ lugebāt mortuos suos et in nono die cineres eorū piramidibus vel in bustis recondebant. Alij vero celebrari faciūt ꝑ suis defunctis ꝑ. xxx. dies vel tricesimo die Primo quia filij israel tot diebus fleuerūt moysen z aaron vt ꝑmissum est. Scō idō q⁹ ter decem faciunt triginta. ꝑ ter eniz trinitatem. ꝑ decem decalogiz intelligim⁹. Tricenarium ergo mortuis facimus. vt quod in obseruatione decalogi seu preceptorum christi. z contra trinitatem peccauerunt eis dei misericordia ꝓdonetur. Tercō quia numerus lune. xxx. diebus pficitur. ideo tricesima die vel. xxx. diebus fit mortuis officium vt opa eorum coram deo plena esse intelligantur. Quidaz quoqz quaterdecies celebrant siue q̄dragenarium faciunt. vt q⁹ illi in doctrina q̄ttuor euangeliorum. et in decem ꝑceptis legis peccauerūt sibi ꝓdoneť. Rursus qui diem q̄dragesimuz sepulturā repñtant dñicam sepulturā. optātes mortuis gliam habere cum christo. qui q̄draginta horis iacuit i sepulcro. ꝓputata hora nona i q̄ emisit spūm. z vltima hora noctis dñice. in qua resurrexit ꝑm aug⁹. Repñtant etiā. q⁹ vt ꝑmissum est mortuo iacob filij ei⁹ luxerūt. xl. diebus. Alij q̄nquagenariū faciūt. quoniam sic beda et greg⁹. dicūt i glo. sup locū illū vbi habeť q⁹ abraā q̄siuit a dño volēte subuertere sodomā. si q̄nquaginta fuerit ibi nūquid destrues eos. z rñdit dñs nō. Quinq̄genarius numer⁹ ꝑfect⁹ est z significat ānū iubileū. i. octauā etatē in q̄ erit remissio et plena libertas. Vt ergo aiē defunctorum plenariaz libertatem. z peccatorum suorum remissionē adipiscant̄ q̄nquaginta diebus ꝑ illis celebrāt officiū. Preterea ōr in marco. Unū granū afferebat trigita z vnū sexagita z vnū centū Alij sexagenarium faciunt ꝑ eo q⁹ sexagesi

ma ſignificat merorē ecclie ppt̄ abſentiā ſponſi. ꝛ ei in ꝓſolatōem due ale dant̄. vt dictum eſt ī. vj. pte ſub dñica ſexageſime. Et ſic bi reſpñant merorē ppt̄ abſentiā defuncti ſui. in quoꝝ ꝓſolatōꝝ ꝛ aīe defuncti expiatiōꝝ ſacrificiū in ecclia deo offert̄ ꝛ paupibus elemoſine largiunt̄. Nōnulli etiā celebrāt centeſimū diē vt mortui trāſeāt a leua in dextram ꝯmilitia in triumphū a terra in celū a miſeria in glām a morte ī vitā. Optāt eī illis eīnā beatitudinē q̄ p centenariū vltra quē nō eſt numer⁹ deſignat̄. Quidā vō āniuerſariū obſeruāt triplici de cā. Primo vt defuncti de ānis calamitatis puenīāt ad ānos eīnitatis ſiue ad vitā eīnā que ſine fine eſt. ꝛ q̄ſi ānus in ſe reuoluit̄. vel q̄ ibi eſt ydētitas et nulla repit̄ varietas. Scō q̄ ſicut ſanctorū āniuerſariū ad ipſoꝝ honorē ꝛ nrāꝫ vtilitatē celebram⁹. put dictū eſt in phemio b⁹ ptus. ſic ꝛ āniuerſariū defūctoꝝ ad ipoꝝ vtilitatē ꝛ nrām deuotōꝫ. Tercio dies āniuerſarij p defūctis ideo repetit̄. q̄ ꝑm aug̃. qualit̄ ſit eis in alia vita neſcim⁹. et meli⁹ eſt vt eis ſupplt̄ bñficiū noſtꝝ q̄ deſit. Anniuerſariū aūt ſi ꝓtigerit ī die dñica vel ī aliq̄ celebri ſolēnitate. ñ dꝫ mutari ad ſeq̄ntē diē. put fit in feſtis ſanctoꝝ. ſed fiat in die p̄cedēti vt citius occurrat̄ penis ꝺfunctoꝝ q̄s in purgatorio ſuſtinēt. Defuncti eī noſtro indigent auxilio ꝛ bñficio ſed nō ſancti. Die q̄dē feſtiuo anniuerſariū nō debꝫ celebrari. nec miſſa p defūctis dici niſi corpus pñs fuerit tūc ſic. q̄ omni tpe pōt miſſa p defūctis celebrari cadauere pñte niſi in paſcaue. Tūc eī nō dꝫ corp⁹ intumulari. nec miſſa peo cantari. q̄ tūc corp⁹ chriſti īmolari nō debꝫ. ſed vſq; in craſtinū reſuet̄. et tūc ſcꝫ in ſabbato pōt miſſa p illo cantari. ꝛ corp⁹ ſepeliri. Si miles q̄s in die paſche moriat̄ corp⁹ ei⁹ vſq; in craſtinū reſeruet̄ ſup trā. ꝛ tūc cuꝫ celebratōne miſſe ſepeliat̄. Nō ei dꝫ corp⁹ ſepeliri abſq; miſſa. q̄ꝫuis ꝓtrariū fiat ī pleriſq; locis. Licꝫ aūt ꝑm gabiloñ. ꝯciliū q̄tidie ſit p defūctis orandū ꝛ ſacrificandū. in ꝑmiſſis tñ dieb⁹ hoc ſpecialiter agit̄ ab amicis. Siq̄dem aliqui omni tpe. feſtiuis dieb⁹ dumtaxat exceptis generalit̄ orāt p defunctis in officio veſpertinali ꝛ matutinali. Alij miſſam quotidie p eis celebrāt. Alij ī menſis initio nouē pſalmos. ꝛ nouē lectōes. ꝛ nouem reſponſoria cantāt. Et q̄dꝫ ſancta ꝛ ſalubris eſt cogitatio p defunctis exorare vt a peccatis ſoluant̄. In q̄buſdā locis nō dꝫ in ecclia officiū mortuoꝝ a q̄nta feria cene dñi. vſq; ad octauas pente. dicēteſ q̄ oia officia illi⁹ tpis debent eē breuia. nec in dñicis diebus.

Legit̄ aūt q̄ q̄dā abbas phibuit monachos ſuos celebrare dñicis diebus p defunctis. ſed mortui ꝓpter hoc duriſſimis verberibus eū affixerūt ꝛ ideo phitōem hmōi reuocauit. Et nota q̄ ſuffragia q̄ fiūt in ecclijs p defunctis valde bonis actōes ſunt grāꝝ. ille eī anime q̄ ſunt pfecte bone. ſtatim cum egrediunt̄ a corpib⁹ euolāt ad celoſ. nec ſubſidijs noſtris egent. p valde malis fiūt q̄leſcunq; ꝓſolationes viuoꝝ. eis enīꝫ ſubſidia noſtra nō pſunt. quoniā anime illoꝝ ſtatiꝫ deſcēdūt ad infernū. Ideo mediocriter bonis qui. ſ. ſunt in purgatorio fiūt expiatiōes Ideo mediocriter malis qui. ſ. ſunt in inferno ſunt ꝓpiciatōnes ſiue penaꝝ mitigationes. Nā ꝑm aug̃. q̄b⁹ pſt̄ aut pſt̄. vt ſit plena remiſſio. aut certe vt tolerabiliꝰ ſit damnatio. Quidam tñ p eodē ſumunt mediocrit̄ bonos ꝛ mediocriter malos. q̄s vocant nō valde bonos. qui vicꝫ intrāt in purgatoriū q̄ viuētes inuuctā pniam non pfecerūt. q̄bus pſunt elemoſine. orōes. ieiunia ꝛ ſacrificia que p eis fiūt. Naꝫ vt dicūt eis q̄ ſunt ī inferno nihil pſūt. Illud etiaꝫ nota q̄ ſcōm biero. cū p cunctis aīab⁹ pſalm⁹ vel miſſa dꝫ nil min⁹ q̄ꝫ ſi p vno q̄libet diceret̄ accipit̄ Circa ꝟ tñ dici pōt q̄ ſi ſuffragia fiūt in ſpeciali. magis pſunt illis p q̄bus ſpecialit̄ fiūt q̄ꝫ alijs. ſi fiūt in genere ſeu ī ꝯmuni magis pſunt illis q̄ plus meruerunt in hac vita vt ſibi pdeſſent. ſi in eq̄li vel maiori neceſſitate exiſtunt. Licet igit̄ ꝑm aug̃. nō pſunt oībus p quib⁹ fiunt. q̄ tñ neſcim⁹ quib⁹ pſint vel nō p omnib⁹ facienda ſunt ne aliquis ꝓtermittat̄. Melius nanq; ſuperunt eis quib⁹ nec obſunt nec pſunt q̄ꝫ deſint eis quib⁹ pſunt. ꝛ ideo dies āniuerſarij fit vt ꝑmiſſum eſt. Sꝫ nūquid ſuffragia ei⁹ q̄ ppt̄ mortale

peccatū in caritate ñ est p̄sunt ei q̄ in caritate receſſit. ℜRñdeo opera ſacramentalia vt miſſa. officiū mortuoꝝ. collecte ⁊ ſilia p̄ talē facta bñ valent. ⁊ defuncto p̄sunt. tuz q̄ illa a deo nō ab opante efficaciā bñt. tū q̄ ille ñ ꝓprio noīe ſed q̄ſi ſindicus oīm vicz totius eccl̄e nomīe ℬ agit ſm ea q̄ dicta ſunt in pbemio q̄rte ptis. Si vo tāq̄z p̄uata p̄ſona alia ſuffragia facit. aut hoc agit alieno noīe. aut ſuo ꝓprio. Si alieno vt q̄ defuncti ſeu alteri⁹ in caritate exñtis iuſſu de illi⁹ bonis elemoſinā tanq̄z miſter p eo facit. tāc q̄dez illi p̄deſt. quoniā is intelligit facere cui⁹ māda to facit. ⁊ q̄ mandat ſolui ipſe ſoluere videt. ℌInde eſt q̄ pegrinatōis votū ab vno emiſſū alter ei⁹ iuſſu exequi p̄ōt. Idēq̄z ē ſi duo q̄z alter in caritate eſt. alter nō. p defuncto pſalteriū legūt. et ſi elemoſina dat iuſto vt oret p defūcto. bis etei caſib⁹ p̄deſt defūcto rōe caritatis boīs iuſti adiuncti Si aūt ſuo priuato noīe. ⁊ de ꝓprio q̄s p illo elemoſinam dat. vel orat vel ieiunat vel aliē ſe affligit. q̄ſi cōmuniē dicūt theologi q̄ talia in nllo p̄ſūt ei. ℌNam legit̄ ioh. ix.. Scim⁹ q̄ peccatores deus nō exaudit. Sz illud ceci ⁊ nō euāgeliſte fuit vbuz. Et yſa. j. Cū multiplicaueritis orōnes nō exaudiā. man⁹ ei veſtre ſanguie id eſt peccatis plene ſunt. imo ſm aug̃. duz is q̄ diſplicz ad inſecendū mittit̄ irati iudicis aimus ad deteriora puocāt. Deus enz iniquoꝝ dona nō reſpicit. ⁊ iuſtoꝝ ſolū orationes exaudit. Itē dñs p amos ꝓphetam. Vota pinguiū terre. i. peccatoꝝ nō recipiā Verū cū pauci ſine crimīe viuāt. talis ſnia q̄ miſcōiaz ⁊ tot ſuffragia defunctis adimit et viuoꝝ caritatez ad illos refrigeſcere facit nimis dura. ⁊ idō nō ſeq̄nda videt. Si enz oīm q̄s p̄ſcia culpe arguit ſuffragia ꝓdem⁹ illi paucoꝝ ſuffragijs iuuabunt. Bicendū ergo videt q̄ q̄z̄q̄z ſuffragia ei⁹ qui ⁊ ſi nō in caritate in fide tñ eſt. illi q̄ in caritate deceſſit nō p̄ſunt ex merito vite agētis. q̄ tñ illa fiūt ſm doctrinā eccl̄e. ⁊ p eū q̄ in fide eſt ⁊ p eo q̄ talia recipe meruit bñficia. vbi deficit caritas agētis ſupplet meritū fidei ⁊ caritas eccl̄ie talia dictāns. ac defuncti capacis ſuſcipiētis. necnō ⁊ liberalitas dei miſerentis. qui ſm ambro. bñficia nō reuocat imo cumulos liberalitatis amplificat. ⁊ ſua largitate opus ab alio factū pinde reputat. ac ſi p illum. p q̄ fit factuz eēt. ℌnā et ſm iura ab quo alienū debitū exoluente ipſe debitor liberat̄. ⁊ ſi ſeruo legata ſit libertas ſi ticio decem p̄ſtiterit. q̄cunq̄z illa decē p̄ſtante liber eſt. Sz ⁊ p eū qui capax nō ē alteri legatū et hereditas acq̄ri poteſt. et is q̄ ob crimē p̄ō aliis poſtulare. p̄hibeī. p ſe et p his quoꝝz curā gerit admittit̄. Et ſm aug̃. q̄z̄q̄z in lapideo cānali nil generet̄. tñ aqua inde trāſiens terrā fecundat. Et hiero. Si q̄ñ videris inē multa opa peccatoꝝ quēq̄z facere aliqua q̄ iuſta ſunt. nō eſt tā iniuſtus deus. vt ꝓpter multa mala paucoꝝ bonoꝝz obliuiſcatur

